SVPER AGGAEO PROPHETA IO. ECKII commentarius.

Textum habēs Hebræum, Græcum, & Latinum: Commentarius ex ecclesiasticis patribus, ex Iudæorum rabinis, ex nouatoribus quibusdam decerptus.

(*)

SALINGIACI, Ioannes Soter excudebat, Anno M. D. XXXVIII.

REVEREN-
DISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO D. PHILIPPO

Episcopo Frisingensi uigilantissimo, & Numburgi administratori, Comiti Palatino Reni ac Bauariae duci etc. Moecenati modis omnibus obseruantissimo, Io. Eckius se commendat.

SVmmus ille ac optimus parens Reuerendissime pater ac Illustrissime princeps, animis mortalium igniculos quosdam ac scintillulas uirtutis ac honestatis indidit: quibus rectè animaduersis, homo quisque natura quasi ad beatam uitam perduceretur: Semper enim odi tritam hanc sententiam, Animam à deo creari nudã: (Aristoteles.) *nam cum ditissimus rerum opifex ex thesauro bonitatis suae res corporeas decentissime à creatione mundi ornarit:* (Gen. 1.) *cur nobiliorem creaturam animam implumem, ut ita dicam, omni decore destituisset: rectius igitur Dauid, cum inquit, Signatũ est super* (Psal. 4.) *nos lumen uultus tui domine, lumen inquam congeni-*

nitum, lumen naturæ: Quod etiam ex ethnicis Pla-
Plato. *tonici adeo constanter senserunt, ut non dubitarent ipsas scientias asserere reminiscētias. Verum igniculi illi uirtutis ac sciētiarum, à corpore defecto & crasso reuerberātur: corpus enim quod corrūpitur*
Sap. 9 *aggrauat animam: &* Tullius Cicero *ingenue fate*
Cicero. *tur illos prauis moribus ac peruersis opiniōibus obrui & quasi extingui: Vnde misericors* Deus *aliud lumen altius & nobilius hominibus dedit, prophe-*
1.Reg. 9. *tiæ uidelicet: nam ob id prophetæ uidētes olim dicti sunt: quod in illo tanquam lympidissimo speculo, arcana dei uiderunt mysteria, quæq; præterierūt quæq; futura sunt: prophetæ enim collocutores dei sunt sancto afflati spiritu, superne illustrati, diuinæ philosophiæ oracula, salutis præcones, patres apostolorū. Quibus omnibus permotus,* Antistes *amplissime, ne hanc partem* Bybliæ *auditores mei negligerent, aliquando prophetarum oracula eis prælegi: placuere minores ob breuitatē,* Dauidis *quoq; plectra non obturatis auribus præterij: in mētem autem uenit, unum ex illis, meis illustratum commentarijs in lucem edere, ad urbis & orbis iudicium,* Aggæum *uidelicet, ex quo uelut* Elephantem *ex dēte iudicarent, quid in alijs præstiterim prælectionibus:* Hunc *autem* T. Amplitudini *dedicare proposui, opus profecto minus quàm tuæ celsitudinis deceat fa*

stigium,

ſtigium, ſiue natalium ſplendorem, aut dignitatum titulos, ſiue rariſſimas uirtutes tuas intuear: Nam ex nobiliſſima Palatinorum Reni progenitus familia, Philippi principis Electoris (numeroſa prole beati) filius, tot & tātos habes ſtemmatis tui Heroes præclariſſimos, atq; adeo ipſum Rupertū Romanorum regem, atq; Rupertum cognomento Rufum Haidelbergenſis ſtudij fundatorē aliosq́;, innumeros proceres tuæ familiæ progenitores: præterea fratres germanos tuos, optimos principes, quos ornas & rurſus ornaris ab eis, ueluti prælucidæ cæli ſtellæ mutua claritate ſeſe colluſtrant: Ludouicus enim patris in Electoratus apice ſucceſſor, Fridericus (quo nihil humanius habet Germania inter principes) Ambergijs ac Nouo foro, antiquis Palatinorum ſedibus, celebratiſſimi ducis Ottonis hæres, dominatur. Vuolfgāgus in fratris aula maluit permanere: Tu uero pientiſſime princeps in ſortem domini aſcitus, & ſacris initiatus, Friſingenſis eccleſiæ tanta cum laude & dignitate plus triginta ſeptem annis præfuiſti, ut ultrò & ſponte Numburgenſe Reuerendum Capitulum Thuringiæ te in Adminiſtratorem eccleſiæ ſuæ poſtularet: Pari fortuna fratres Georgius Spiræ, Henricus Vuormaciæ ac Elephangij, Iohannes Ratiſponæ præſulatus inſignia ſunt adepti: Otto Hēricus uero & Philippus

Rupertus rex.

deliciæ generis tui ex Ruperto fratre nepotes, Noniburgij ac Langẽfeldij sedes ducales statuerũt. At Laus episcopi Frisingeñ. *hanc sanguinis tui nobilitatem ac dignitatem sacerdotij, uirtutum cumulo superasti: Qui cultui diuino tantam impendis diligentiam, ac religiosissime obseruas omnia & obseruari curas, ita ut non modo pro persona tua & familia priuatim, uerum etiam publice pro ecclesiæ tuæ Cathedralis deo debitis officijs persoluendis, & totius diocesis, in hoc periculoso tempore ueteri fide conseruanda diligentissime inuigiles. Tanta es præterea erga subditos clementia, ut te haud secus uenerentur ac patrem: tanta erga aulicos tuos animi alacritate ut & læti ac prompti tibi inseruiant: Erga quoslibet adeuntes ad stuporem usq; affabilis: Erga aduenas magnifice hospitalis: Vt hoc ab omnibus consecutus sis præconium, Neminem à præsentia tua tristem recedere, siquo modo aut ope aut opera, aut consilio iuuare potes. Artifices omnes ad architectonicã erigis, dũ magnificis tuis nouis ædificijs, eos liberali stipẽdio ad architecturam euocas. Hæc & alia uirtutũ tuarum ornamẽta suspiciens honoratissime præsul ac princeps Inclyte, te demiror, ueneror, ac obseruo: atq; in meæ huiusmodi obseruãtiæ uadẽ, hosce cõmẽtarios T. R. P. dedicaui: quos hilari animo, ut soles cætera, suscipere digneris precor: Nolim aũt mireris Hu-*

ris Humanißime princeps tot ubiq; Hebræa, præter morem meum, esse inserta: Non enim ad fastum & tumorem est factitatum: sed qui plus uiginti sex annis in lingua sancta sum uersatus, dum per otium licuit Beschenstainio prima tradete rudimenta, superædificaui Romæ sub Helia leuita consumatißimo Iudæorum grammatico, & hic Ingolstadij sub Capnione Phorcense famatißimo uiro: & hyeme postea cum P. Stafelstainero in commentarijs me exercui: Vt ergo diligentiæ & laboris habiti aliquē fructum ostenderem, ac auditores meos ad linguæ sanctæ studium accenderem, placuit largius expatiari, non modo ad Rabinorum glossas, uerum etiā ad grāmaticas functiones aliquando descendi: Qualiacunque illa sunt Tuæ celsitudini offero & dedico & me commendo. Deus te sospitet præsulum decus eximium. Ingolstadij iiij. Septembris, Anno salutis. M. D. XXXVI.

Hebræis vsus autor.

AD EVNDEM REVERENDISSIMVM
& illustrissimum principem in Aggæum à Iohanne Eckio protonotario apostolico, Canonico Eisteten. illustratum.

SEBASTIANVS LINCKIVS.

Q Vicquid habent castæ Pimpleæ numinis undæ,
Ardua Parnasi culmina quicquid habent,
Magna Palatinæ Princeps clarissime gentis
Gloria, Pontificum magne Philippe decus.
In tua sufficerit minime præconia, docti
Materia uires exuperante chori.
Stemmata nam numeris tua quis celeberrima dignis
Pangeret, egregium tu genus unde trahis?
Quis studium recti ueræ pietatis honorem,
Is quibus ad summos Præsulis usq; gradus?
Qua ratione, fide, qua Spartam Pallade nactam
Ornaris turbæ gloria summa sacræ?
Linquimus hæc ueluti nostris maiora camœnis,
Ingenijs, quibus est dextra Thalia magis.
Nos patulæ tantum canimus iam munera dextræ,
Ingenium placidum lumina fausta simul.
Ipse quibus doctos, doctorum & pignora mitis
Excipis, & musas litterulasq; foues.
Ad tua contendunt hinc docti tecta libelli
(Fœturæ soboles plurima Palladiæ,)
Hinc uenit Aggæus etiam, mysteria uates
Qui tibi nunc diuûm uoce recente canit.
Hunc modo Musæi transmittit diuitis ecce
Eckius ipse sui de locuplete penu,
Eckius in hostes fidei generosus Achilles
Assertor constans dogmatis atq; sacri.
Non precor excipias uenientem fronte serena
Vel reseras uati limina pansa sacro.
(Nam scio nominibus multis tibi candide Princeps,
Hunc gratum sedis tecta subire tuæ:)
Sed pecor exhibeant superi tibi Nestoris annos
Quo studijs possis dexter adesse bonis.

IN NOMINE TVO DVLCIS IHESV.

PRælecturus festiuum ac celebrem prophetam Aggęum, pauca pręfabimur: & vt morē veterum obseruemus: & auditorem paratiorē faciamus ac magis attentum ad ea quæ dicturi sumus. Principio sciamus, hūc inter nouissimos esse prophetas: Nam Isaias & reliqui prophetæ ante captiuitatem Babylonicā prophetarunt, Hieremias iam instante transmigratione: Ezechiel autem & Daniel in ipsa captiuitate: Redeuntibus autem Iudæis ex Chaldæa, suscitauit deus spiritum trium scilicet Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ velut duorum meminit Esdras: Eodem autem spiritu illustrati ad literam varijs incubuerunt rebus: nam Aggæus institit pro tēplo reædificando, Zacharias plærūq; oculum habuit ad ciuitatem sanctam Hierusalē, Malachias vero ad sacerdotium. Ad literam dico, iuxta communē expositionem: quoniam verus scopus prophetæ nostri, velut omnium aliorum prophetarum, est Christus, & ecclesia sua, hoc est Christifideles: Nullus e͂m audeat profiteri, se aliquem prophetarum intellexisse, qui in eo Christum & ecclesiam non vidit: quod manifestū faciemus in inferioribus: Hinc Christus Iudæos misit ad scripturas, quia illæ testimoniū perhibebant ei: Et discipulis ad Emaus proficiscentibus incepit à Moyse & omnibus prophetis, & interpretabatur eis, quę de ipso erant.

Prophetę varij. *1.Esd.5.* *Ioh.5.* *Lucæ 24.*

Cogor autem propter nouos Iudaizantes, qui relicta lingua matris Ecclesię, noua indies nobis inferūt portenta verborum, Chaua, Miriam, Simson, Bileā, Rahel, Eliahu, Iskia &c. Hi forte moleste ferent, prophetam quem in manu habemus, à nobis Aggæum

In Iudaizantes.

dici: eorum sententia forte blesos Iudæos imitantes dicere deberemus, vel Chaggai, vel Haggai, quod in Hebręo scribatur חגי. Alius, cui Gręcitas magis arridet, contẽdet Aggeas dicendũ: eo ꝙ Gręce scribatur ἀγγαῖος, alius Angeam proferet γ per N enunciando ante aliud γ: Et similia multa varij nobis obijciẽt: At nos cum lectione matris ecclesiæ perseuerantes, dicimus Aggæum, doctrina B. Hieronymi tuti, in tribus linguis doctissimi: nam super epistola ad Philemonem testatur, Nomina Hebræa & si non varientur de casu in casum: tamen cum in linguam Græcã aut Romanam veniunt, ad similitudinem linguæ declinantur: & id obseruasse septuaginta interpretes, idẽ Hieronymus testatur. Roborat superiora Hieronymus ad Euagrium dicens: Nec refert vtrum Salem an Salim nominetur, cũ vocalibus in medio literis, per raro vtantur Hebræi: & pro voluntate lectorum atq; varietate regionum, eadem verba diuersis sonis atq; accentibus proferãtur: quare nullus sit tam prodigiose diligens, vt relicta ecclesiæ lectione, velit se Iudæorum pronunciationi accõmodare, apud quos mira est proferendi varietas: sed cum ecclesia id faciamus in Hebræis, quod Hermolaus monuit faciendum in Barbaris nominibus Aphricanis vix eloquibilibus: quoniam non cõsueuerint eodem sono vtraque lingua efferri. Permitto itaq; Iudæo Germano, vt dicat Haggai: dicat Hispanus, Chaggai: modo liberum sit nobis Catholicis latinis dicere Aggæus, ad inflexionem nominum latinorum, velut dicimus Iacobus, Saulus, Hebræus, Helisæus &c. licet reperiã aliquos sine omni aspiratione dicere Aggæus, quod à Græco non abhorret: nam Septuaginta perpetuo α cum ψιλῇ scribunt ἀγγαῖος. hoc de pronunciatione.

Hiero. super Phil.

Super Ose. 5.

Hierony.

Hermola9

¶ Porro dicamus aliquid de ratione nominis. Aggæus Hebræum est: & חג Hag significat festum seu solen=

Aggæus vnde.

seu solennitatem: & verbum חגג Hagag significat festum agere, solennitatem celebrare: hinc nomen cõcretum, vt dicunt חגי Haggai, festiuus, solennis: Nõ enim existimet linguæ sanctæ studiosus, Iod hic esse affixum seu pronomen primæ personæ, meus, sicut interpretatũ B. Hieronymus כושי Chusi, id est, Aethiops meus: sed Iod hic est mera & pura terminatio nominis, sicut שלי seli, גלוי galui, עדי Edi, חרי Hori, מחי Mehi, & similibus: Et in nominibus Halachas, id est gentilibus hoc est familiare vt ifri, Hebræus, Mizri, Aegyptius &c. Quod autem B Ambrosius In epistola ad Irenæum interpretatur Aggæũ epulantem, fateor me nescire vnde deduxerit. Opportune autem sic dictus est propheta noster, totus festiuus & celebris: alludit enim nomen pulchre ad rem, de qua erat vaticinaturus: de templo videlicet, in quo omnia festa cũ sacrificijs, holocaustis & oblationibus erant peragenda, & de solenni gloria qua templum secundum erat implẽdum, vltra gloriam templi Salomonis: vnde etiam potiorem & digniorem partem prophetiæ suæ deprompsit in mense septimo, in mense festorum & solẽnitatum, veluti in secundo capite hæc late explicabimus.

Hierony. Soph. 4.

HYPOTHESIS PROPHETAE.

Cum secũdum propheticas prædictiones ac dei comminationes, decem tribus per regem Salmanasar Assyrium fuissent translatæ in Assyriam: & Nabuchodonosor Chaldæus capta Hierosolyma, abducto rege & primatibus, templo combusto, transtulit tribum Iudam & Beniamin in Chaldæam: Assyrius pro Iudæis misit Coloniam ex Cutheis & de Aiath &c. in Samariam: Secus actum est cum duabus tribubus, quoniam rex Chaldæus nullos misit colonos in Iudæam: Hoc diuina factum est dispen-

Materia libri ad literam.
4. Reg. 17
4. Reg. 24 & 25.
Iose. li. 10 capite 9.

satione

fatione, quod præuiderat deus decẽ tribus Iſraël per petua captiuitate premendas: quare paſſus eſt alienos Colonos in terram eorũ immitti: Verum quia clementius acturus erat cum Iuda, quem erat reducturus ex captiuitate in patriam, poſt LXX. annos, iuxta prædictionem Hieremiæ: ideo deo protegente, factum eſt, ne exteri Coloni terram eorum poſſiderẽt: Mortuo itaqꝫ rege Nabuchodonoſor, filio & nepote eius, ſuſcitauit deus Cyrum regem Perſarum, ſicut per Hieremiam, & etiam per Iſaiam annis centum & quadraginta ante deſtructionẽ templi, fuit prædictum, cuius ſpiritum ſuſcitauit dominus, vt per vniuerſum regnum ſuum decretum publicaret: Quiſquis in Hieruſalem aſcẽdere vellet, id ei ſuo iuſſu permiſſum eſſet. Qua libertate obtenta, Zorobabel princeps tribus Iudę, & Iheſus ſacerdos magnus cum multitudine Iudæorum 42460 aſcenderunt Anno primo regis Cyri, & ſecundum licentiam Regiã inceperunt ædificare templum, ſub Chaldæo incenſum & vaſtatum. Iactis autem fundamentis, ab incolis Samariæ Cutheis & alijs (quos noluerunt admittere ſocios ædificationis) fuerunt prohibiti, ne pergerent ædificare templum (erant enim hoſtes Iudæorum) & concitarunt etiam conſiliatores aduerſus Iudæos, vt omnibus diebus Cyri (qui tamen neſciebat vim fieri Iudæis contra præceptum ſuum in ædificatione templi, velut Ioſephus teſtatur) & ſucceſſoris ſui Cambyſis ab ædificio ceſſarent, mandatis etiam regijs abſterriti: Cambyſe autem mortuo, & iam regnãte Dario Hyſtaſpis filio, ſuſcitauit deus prophetam Aggæum, adhortantem & obiurgantẽ populum, cur impleto iam tempore LXX. annorũ iuxta vaticiniũ Hieremię, non exequerentur ſtructurã tẽpli: cum tamen ipſi priuatas ædes ſtruerẽt magnificas & ſuperbas, domo dei neglecta: Et ob hoc,

Hiere. 25. Hiere. 27. Iſa. 44. 45. 1. Eſd. 1. 2. 1. Eſd. 4. Li. 11. ca. 2. 1. Eſd. 4. 1. Eſd. 5.

annũciauit, omnium rerum penuriã in eos venisse, promittens rerum copiam & vbertatem, si templũ dei maturarent extruere: cui dum Zorobabel princeps & Ihesus sacerdos acquieuissent, promisit eis dei adiutorium, sicut & Darius rex decreuit & præcepit omnino iuxta Cyri decretum, Iudæos ædificare templum, nemine prorsus impediente: Vnde propheta magnam gloriam secundi templi eis repromittit: & ne præsumerent, increpat eos de pollutis sacrificijs: Verum ne territi languescerent, mox fiducialiter eos erigit, promittendo contritionem roboris gentium: quoniam assumpsisset Zorobabel in signaculum. Argumentum illud præfiximus, iuxta B. Hieronymi & catholicorum doctorum explanationem. An autem ad literam septuagesimus annus à Hieremia prædictus, completus fuerit anno primo Cyri, velut Iosephus, B. Hieronymus, cũ sequaci turba senserunt, quod liber Paralip. videtur indicare: Aut primum anno secundo Darij finem attigerit, velut Zacharias indicat, diligentius circa textum, rem maxime ambiguam, quantum Deus dederit, explicabimus.

1. Esd. 6

ALIA HYPOTHESIS prophetæ.

Argumentum præcedens congruere literæ prophetæ, nemo ignorat qui tractatores eius vel per trãsennam viderit: quos reijcere, tantos in scriptura Heroas, nunquàm in animum meum induxero: sed eos veneror vt par est & obseruo: Quod si alium sequar sensum, & peregrinam adferam sententiam, protestor me id facere absq; tantorum patrum nota & iniuria: Nam & si posterior sententia videatur mihi aliquando pressior & plus medullæ habens, tamen nolo præiudicari aliorum, maxime sanctorum iudicio: quod

Protestatio.

quod me falli posse vt hominem non nesciam: quare per me liberum esto cuiq; suam seruare sententiã: Præter ergo argumentum commune à patribus adsignatum, bolum etiam hũc studiosis sacræ scripturæ offero. Propheta Aggæus populum Iudaicum cum proceribus ad ædificationem templi exhortatus est, illis reclamantibus: Nondum venit tempus domus domini ædificandæ: quibus verbis propheta magis indicat cæcitatem ac obstinationem gentis suæ, in aduentu Messiæ: cum negarent tẽpus aduenisse, vt filius dei ædificaret sibi templum ex Maria virgine: quod templum ab eis solutum, triduo ab eo fuit resuscitatum: Nam Iudæi cęremonijs legalibus adfixi, contemnebant ecclesiam dei velut desertam: cum tamen ex operibus legis, & obseruãtia eorum nihil proficerent: quia lex neminem ad perfectum adduxit: perseuerantes autem in tali cæcitate & obstinatione, in asserenda lege mortua, prohibiti sunt apostoli, cœli dei, ne darent rorẽ salutiferæ prædicationis: & terra hoc est animus Iudęorũ siccitate deuotionis ita exaruit, vt nullũ germẽ proferret meritorij operis. At cõfortatis Zorobabel & Ihesu sacerdote (hi enim typum Christi regis & sacerdotis gerunt) promittit deus se seruaturũ pactum antiquũ, vetus testamentum (quod fecit non soluendo sed adimplendo) quia in breui erat missurus Messiam desyderium omnium gentium: & tunc impleuit templum secundum, gloria præsentiæ suæ. Aut si mauis ecclesiam suam sanctam impleuit maiori gloria, quã Synagogam: Quod ex duabus conuincit quęstionibus: quarum prima ad vetus testamẽtum pertinet, ad ceremoniosum hominem figuris & vmbris obtectum Moysen (omnia enim in figuris contingebãt illis) altera vero ad pollutos & obstinatos Iudæos, quia ex parte contingit cæcitas in Israel, vnde decreuerunt

Materia libri ad spiritum prodperi cum.

Ioh.2

Heb.7.

1.Cor.10.

Rom.11

uerunt Iudæi, in vniuersum orbẽ expulsi, in donis & gratijs dei spiritualibus & temporalibus: Quod si Iudæi hodie expendunt, & ponunt super cor suum, quã do iam semen diuinę gratiæ est in germinatione fructuum bonorum operum: & obstinati & duri perseuerant cæci Iudæi: tamen deus mouebit corda gentilium & plurium Iudæorum: & subuersis tyrannis, Christifideles persequentibus & interficientibus: tñ deus conteret fortitudinem gentium, Idololatrarũ, eas ad fidem conuertendo: Tunc enim assumet Zorobabel id est Christum, cuius typum gessit Zorobabel, & ponet eum signaculum totius ecclesiæ, quia hunc signauit deus pater: & hunc elegit, vt esset caput toti⁹ ecclesię, cui dedit omne Iudiciũ, licet & de iudicio extremo possit intelligi: Huic explanatiõi ꝑ magna parte insistit Rupertus Abbas Tuitien. vir ad miraculum in sacris literis eruditus: Et nos medita ta sua, deo propitio curabimus meliora reddere & absolutiora. Argumentum illud Candide auditor tibi proderit, vt intelligas q̃ venerabilis sit Aggęus, verus & ipsissimus propheta, qui de aduentu Messię & sancta dei ecclesia tã manifeste prophetauit: at hæc circa textum faciemus magis perspicua.

Ioh. 6.

Ioh. 5

SYLLABVS LOCORVM IN hoc propheta.

Pro tuo profectu candide lector, deliniabimus locos, quibus propheta incumbit in hac sua prophetia: quos si debita lance expenderis, inuenies eum, quanto breuior est in verbis, tanto fecundiorem in sententijs: & quod sermonis breuitatem, doctrinarum succo reconpensat. Hosce itaq; velut primarios hic quasi in speculo aspice depictos.

Intuere in foribus, quantum displiceat deo, si cultus ei debitus negligatur, in templorum ædificatio-

1

ne, &

ne, & totius ornatus decore ac magnificentia.

2 Hanc cultus sui ac latriæ negligentiam deus grauissimis pœnis castigat, In rerum ac fortunarũ penuria & ægestate.

3 Culpabilior autem existit huiusmodi negligentia, quando ex eo prouenit, vt homo curis priuatis deditus, præeligit promouere quæ in suum sunt cõmodum, quàm vt curet deo debitum exhiberi honorem.

4 Qui adiuuant cultum latriæ diuinum, & ædificant deo templa & ecclesias, hi fiunt accepti deo.

5 Deus glorificatur in ædificatione templorum, & adornatione ecclesiarum.

6 Negligēti cultum dei, ipse imminuit ei fructus suos, & si in horrea fuerint collecti: licet generalis sit pœna, vt ablata benigna clemētia cœli, terra exiccata & arida, sequatur penuria fructuum.

7 Audientes verba ministrorum dei per obedientiam, accipiunt timorem domini, qui est initium sapientiæ domini.

8 Verba ministrorum dei accipiēda sunt sicut vox dei mittentis nuntiũ suum, iuxta illud: Qui vos audit, me audit.

9 Quando homo incipit timere deum, consolationem accipit & auxilium à deo, vt dicat dominus: Ego vobiscum sum.

10 Frustra autem est vox docentis & adhortantis externa, si deus non suscitet spiritum interius audientis: quia nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum.

11 Non sufficit ministrum dei audire, & deum timere, sed excitato spiritu oportet opere adimplere & facere opus in domo domini, hoc est quod ad latriam pertinet.

Hactenus ex capite primo.

Prudentis est conferre prçterita cũ præsentibus. 1

Faciat homo opus dei, & non dubitet confortari à domino, qui cum eo erit. 3

Egrediens ex tenebris peccatorũ memor fit pacti diuini, quia spiritus eius est in eo: ideo non timeat: quia non est volentis, neq; currentis, sed dei miserentis, qui vult omnes homines saluos fieri. 3 Rom. 9. 1. Timo. 2.

Magna commotio machinæ mundanæ indicat creatorem mũdi magnum opus facere, velut in datione legis in Sinai, In passione & resurrectiõe Christi, in spiritussancti missione, & futurum est quando erunt signa in sole & luna. 4 Mat. 27. 28 Act. 2. Luc. 21

Christus Messias desiderium est cunctarum gentium: nemo enim vnquam saluatus est aut saluabitur, nisi in fide mediatoris: ipse enim est ostium per eum si quis introierit, saluabitur. 5 Ioh. 10.

Aurum & argentum ac opes omnes domini Dei sunt: quia tuæ sunt diuitiæ, & tua est gloria, tu dominaris omnium. 6 Para. 29.

Maior est gloria ecclesiæ quàm synagogæ, in lege, in sacrificijs: in sacramentis, in ministris: vnde apostoli & apostolici viri præferendi sunt Patriarchis & prophetis: quia multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & nõ viderunt. 7 Luc. 10

Sacerdotes interrogandi sunt de lege, nõ layci: quia legem exquirent ex ore eius: vnde stulti sunt layci qui sibi iudicium in causa fidei in cõcilijs, aut extra concilia vsurpant. 8 Mala. 2.

Lex Moysi non secus habebat sanctitatem, videlicet vmbris & figuris inuolutam, q̃ si in ora vestimenti sanctum gestaret: ideoq; non sanctificabat: quia neminem ad perfectum adduxit lex. 9 Hebr. 7.

Iudęis ex homicidio Christi pollutis, omne opus eorum & omnis oblatio eorum polluta est: quia tũ Isaiæ uaticinium impletum est: Holocausta nolui: 10

ne offeratis vltra sacrificium frustra: incēsum abo minatio est mihi: kalendas uestras & solennitates odiuit anima mea.

Isaiæ 1.

11 Judæi si ex penderent eorū longæuam captiuitatem & alia mala ponerent super corda sua, facile intelligerent uenisse Christum Messiam, & non aliud maius esse scelus super quo Deus nolit cōuerti, nisi quia Daniele prophetante, occiderunt Christū post hebdomadas sexaginta duas.

Amos 1.
Danie.9.

12 Deus ab initio benedixit terræ nascentia, quæ bē nedictio nostris exigentibus peccatis plurimū imminuta ē: quare nullus erit sterilitatis finis, nec pristina rerū copia redibit Deo nō benedicēte ex illo die.

Gen.1.

13 Zorobabel non typicum, sed verum ipsum Christum assumpsit Deus, & posuit eum signaculū in signum fœderis: hunc enim signauit Deus pater, subuersis idololatrijs regnorū ac tyrannis, fideles diris martyrijs persequentibus: durabit autē illa subuersio idololatriæ ac contritio tyrannorum, donec fiet vnum ouile & vnus pastor.

Ioh.6.

14 Cum pater omne iudiciū dederit filio, posuit eū in signaculum, & ostendit omnibus impijs: quibus condemnatis & subuersis, assumet electos & bñdictos suos, & introducet in regnum patris sui.

Hos locos ita obiter ex propheta extraximus, & pro explanatione prophetæ, & clariori intelligentia dicendorum: Et simul volui tibi Studiose auditor formulam depingere, ad cuius imitationem te in alijs libris Biblicis exercere possis: Hoc enim pro certo tibi persuadeas: vbi non feliciter locos similes extrahere vales, scito te nōdum attegisse nucleum & medullam Canonici scriptoris, sed te adhuc corticē arrodere, & literā deuorare in paleis, absq; tritico, absq; spiritu: Itaq; contende in studio Camerario & in aliquo libro te exerceas, vt me vel superes, vel æ-

ques saltem.

HIS sic prælibatis festiuum nostrũ prophetam Aggæum aggrediamur, qui magno & forti spiritu, aduersus regis edictum, & potentes hostes vicinos, populum ad reædificationem templi incitauit, quo solennitates legales à Iudæis obseruari possent & promissiones factæ Abraham & prophetis in tẽplo fundẽdo implerẽtur: & indubie propheta à deo illustratus fuit, vt magnam festiuitatem Christi & omnium beatorum in spiritu intelligeret: quare tam lucide & clare aduentum Messiæ prædixit. Et quia instituimus pro apertiori intelligentia prophetæ, aliquando etiam Rabinorum sententias adferre & mysteria ex sacra lingna eruere, Etcũ septuaginta multa archana in eorũ versione indicauerint (quos spiritu sancto doctore trãstulisse non dubitamus) Ideo eorum quoq; interpretationem adscribere placuit: alioquin multa ex Hieronymo allata candidus auditor, minus intelligeret. Quare gratia à deo petita spiritu humiliato & contrito ad sanctas prophetæ literas reuerenter accedamus.

HEBR.

בשנת

שְׁתַּיִם לְדָרְיָוֶשׁ הַמֶּלֶךְ
בַּחֹדֶשׁ הַשִּׁשִּׁי בְּיוֹם
אֶחָד לַחֹדֶשׁ הָיָה דְבַר
יְהוָה בְּיַד חַגַּי הַנָּבִיא
אֶל זְרֻבָּבֶל בֶּן שא
שְׁאַלְתִּיאֵל פַּחַת יה
יְהוּדָה וְאֶל יְהוֹשֻׁעַ בֶּן

GRAE.

Ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου βασιλέως ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ μιᾷ τοῦ μηνὸς ἐγένετο λόγος κυρίου ἐν χειρὶ ἀγγαίου τοῦ προφήτου λέγων. εἶπον πρὸς ζοροβάβελ τὸν τοῦ σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς ἰούδα καὶ πρὸς ἰησοῦν τὸν τοῦ ἰωσεδέκ. τὸν ἱερέα τὸν μέγαν. λέγων. τάδε λέ-

יְהוֹצָדָק הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל לֵאמֹר׃ כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת לֵאמֹר הָעָם הַזֶּה אָמְרוּ לֹא עֶת בֹּא עֶת־בֵּית יְהוָה לְהִבָּנוֹת

καὶ κύριος παντοκράτωρ λέγων· ὁ λαὸς οὗτος λέγουσιν, οὐχ' ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον κυρίου.

Hiero.lectio ecclesiastica.

IN anno ſecundo Darii regis, in menſe ſexto, in die una mẽſis, factum eſt uerbũ domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda: & ad Ieſum filiũ Ioſedech ſacerdotem magnum, dicens: Hæc dicit dominus exercituũ, dicens: Populus iſte dicit, nondum uenit tempus domus domini ædificandæ.

EXPLANATIO LITERALIS ſummaria.

Anno 1501 In Ian.

Ego qui à cunabulis in ſcholis audiendo & prælegendo detritus ſum, puta qui anno ætatis decimoquarto, duobus menſibus adiectis magiſterium in artibus adeptus, mox docendi ſubij officium, & hactenus in hanc horam, fui prælector: Per experientiam itaq; comperi, nil aliud efficacius valere in auribus diſcipulorum, quàm quod, poſteaquam diſcipulus præceptori affectus fuerit: Is à generalibus eĩ proponat diſcẽdorum materiam, ut ſic inſtructior deſcen-

descendat in scholam: & ea quæ speciatim veniunt exponenda, facilius intelligat. Nam si recte astruit Peripateticus, ab vniuersalibus ad singularia procedendum. Illum itaq; doctrinalem procedendi modũ in præsentia obseruabimus, quem in Grammaticis, Dialecticis, Mathematicis, Iuris sciẽtia ac Theologicis, iã à XXXV. ferme annis accurate custodiuimus: precamur vt auditorib⁹ faustũ sit, felix & proficuũ.

SVMMARIVM.

Aggæus visionem suam propalaturus, vt fidedignus testis, tempus Chronice describit, quando diuinitus ita fuerit illustratus, quia sub Dario Persa anno eius secundo, fuerit videns: & quo certiora habeas, adnotat mẽsem, scilicet sextum, & diem illius primum. Et ne videatur cogitationes proprias adferre: quoniam spiritussanctus auferat se à cogitatiõibus, quæ sunt sine intellectu: testatur verbum domini factum esse ad se: ne obijceretur ei illud Hieremiæ: Nõ mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant: Quod vt apertius intelligatur, expresse testatur se prophetam à domino designatum: Et quo omni careret suspitione, exprimit personas, ad quas mandato dei debebat proficisci, & commissionẽ sibi factam aperire: Querelã ergo dei proponit corã principib⁹, ad quos cura populi pertinet, quia dicant, contra promissionem dei per Hieremiam eis datam de reædificando templo post 70. annos, & vasis templi restituendis, tanquàm increduli verbo dei. Nondum venit tempus &c.

Sap. 1

Hier. 23

Hier. 25 & 27

EXPLANATIO ARTICVLATIOR.

In secundo anno.

De tempore postea plura & exquisita dicturi sumus: at q̃d ad Dariũ attinet, ait Rabi Abẽ Ezra dicũt

prędeceſſores noſtri bonę memorię, ipſum eſſe filiũ Heſter reginæ: & ſic fuit filiꝰ Aſſueri, q̊d reputat ꝓbabilius Lyra: & proinde fuerit fauorabilis Iudæis, ꝓpter matrẽ Iudæã: Rabi Salomon, eiuſdẽ eſt ſententiæ citans hoc inueniri in prædicatione ויפרא רבה affirmat hoc idẽ autor libri סדר עולם ſeder olã hoc eſt, Series mũdi. Lyra quia huic ſentẽtiæ ſubſcribit, nititur hãc pluribus firmare ſuper Heſter: verũ cum ſe fundet ſuper arenã: facile reijcitur eius ſententia: nam qui Aſſuerum faciunt poſteriorem ex regibus, non dabũt Lyrano Mardocheum cum Iechonia rege fuiſſe de numero captiuorꝫ ſub Nabuchodonoſor: nam ſi hoc dederimus, Mardocheus cornicis ſecula vixiſſet ducentis putamus. Hæc roborat Lyrę ſententiam, quòd .xi. c. a Heſter allegat: nam illud nõ pertinet ad Canonicas ſcripturas, nec habetur in Hebræo, ſed eſt per quoſdam more ſcholaſtico fictum ait Hieronymus, vt in declamationibus fieri ſolet. vide Burgẽ. Heſter. 3. Nam alium fuiſſe Mardocheũ migrantem, & alium, Heſter hiſtoriæ indicant.

R. Salomon.

Lyra.

Darius q̃s fuerit.

Ioſephus libro ſec.

Hierony.

Ideo verior eſt ſententia cõmunis, quam B. Hieronymus ſequitur, tenuit Euſebius, et poſt vtroſq; Beda qui Ioſephum habent ſententię eorum ſuffragantẽ, Darium illum, ſecundũ fuiſſe huius nominis. Nam Darius primus Baldeſarem nepotem Nabucodonoſor interfecit Daniele teſte, poſt quem Cyrus regnauit: cui filius Cambyſes ſucceſſit. Duobus autẽ magis poſt Cambyſen breui mortuis, ſucceſſit hic Darius Iudæorum liberator: qui non fuit filius Heſter & Aſſueri, ſed filius Hyſtaſpis, pręfatis autoribus teſtibus. Nam meminit Ioſephus ex voto Darium omnia vaſa in Babylone reperta ad templum Hieroſolymis miſiſſe: Zorobabel vero qui diu ante ſub Cyro in Iudæam aſcenderat, redijt in Babylonẽ cuſtos corporis regij factus. Ea itaq; amicitia fretus Zorobabel,

Dan. 5. 11.

babel, facile quæ voluit à Rege obtinebat.

Neq; suffragatur Iudæis & Lyræ, quod successor Cyri, Assuerus dicitur apud Esdram, & Artaxerxes: Nam hæc nomina cōmunia sunt regibus, apud Medos Assuerus, apud Persas Artaxerxes, sicut Pharao & Ptolemæus apud Aegyptios, Cæsar apud Romanos, Abimelech apud Palęstinos, apud Indos præstan, apud Sarracenos Sultanus, apud Turcas Amir apud Tartaros Cham: quod ex septimo Esdræ conuincitur, vbi qui Darius dictus est capite sexto, mox Artaxerxes dicitur: Is autem qui capite tertio Artaxerxes & Assuerus nominatur, nomine peculiari Cambyses vocabatur, velut Iosephus testatur, Iustinus & alij autores classici: & R. Aben Ezra dicit eū vocari in lingua persarum אחשורוש. Artaxerxes, qui apud Hebræos dicatᷣ פחת pachas seu pahas: Si quis vero mordicus Rabinorum sententiam tenere voluerit: obijciamus ei illud Danielis cui facta est reuelatio tertio anno Cyri (nolo disceptare an sit vna vel eadem visio) dixit autem angelus ad Danielem: Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimijs super omnes. Cambyses autem fuit vnus (Magi duo non steterunt) Darius secundus, Xerxes victus à Græcis tertius: quartum hunc ditissimum plures faciunt filiū Xerxis Artaxerxen: historia enim Hester indicat eum centū & 27. prouincijs imperasse, ab India vsq; ad Aethiopiā.

1. Esd 3.

1. Esd. 7.

Iustinus.

Dan. 11.

Dan. 10.

Sequitur conferendo cum historijs ethnicis, Aggæum prophetasse anno secundo Darij, qui fuit annus vicesimusseptimus Tarquinij superbi, qui septimus Rex fuit à Romulo, ait B. Hieronymus, & ita Olympiade sexagesima quinta secundum Eusebiū: Hebræos vero imitando prophetasset anno mundi, 3378. at hæc latius sunt à nobis inferius discutienda.

Hieron.

ADMONITIO.

Optime lector, vt fidem Eckij in tradendo explo ratam habeas, esto admonitus, ne fidem habeas Rabinis Iudæorum, si ita res expostulat, quando ethnicorũ Historias attingunt: nam in his immodice falluntur: Sume hic exemplum in libro סדר העולם id est, series mundi: vbi Cyrus narratur Persa, post hunc Assuerus, cuius filius Darius sub quo templũ ædificatum sit: quem Alexander Macedo percussit anno tricesimosecundo regni sui. Sed vbi tũc regnauit Xerxes potentissimus, à Græcis tum victus, vbi Darius Nothus, vbi Artaxerxes Memnon, vbi Arses, vbi Arsami filius: in eodem errore est alius author in eodem libro qui sub Meschulla filio Zorobabel dicit floruisse regnum Græciæ Alexandro Macedone regnãte, anno 52. regni Persarum: Cum cõmuni calculo scriptorum regnum Persarum durauit vltra. 117. annis ab Artaxerxe.

Rabini ignari historiarũ.

Sic Munsterus refert ex Gerundensi ad finem Geneseos צפו nepotem Esau prælium commisisse cum Ioseph & fratribus sepelientibus Patriarcham Iacob: et Ioseph fuerit victor, & ceperit Zapo ac in Aegyptum ducẽs eum incarcerauit omnibus diebus vitæ suæ. Mortuo aũt Ioseph fugit ex Aegypto in Campaniam. Et regnauit super כתים hoc est Italos, in Roma: & in fine regnauit super terram Italiam: ipse est qui primus מלך ראשון על רומה והוא אשר regnauit in Roma. Hoc pueri nouerũt esse falsum cum Romulus & Remus vrbem condiderint: Liuius.

Sexto mense die una.

Vna dies.

Quomodo in sacris literis numerandi sint menses, cõmode reijcimus in finem capitis, quod Lyra ibidem super ea re dubium moueat. Et quia hic dic ẽ

die vn

die vna mẽsis hebraismus est, vt אחד vna ponatur
ꝓ prima: id ex initio Genesis docemur, & factũ est Gen. 1.
vespere & mane dies אחד Echad vnus, id est pri- Marci 16.
mus: sic Marcus. Et Valde mane vna sabbathorũ, id
est prima die post sabbathũ Ex decursu autem libri
prophetici comperimus Aggæum tribus mẽsibus
prophetasse, scilicet mẽse sexto, septimo & nono,
Quinquies aũt recepit illustrationes propheticas:
nam in prima die sexti mensis prophetauit bis: in
mense septimo semel, die 21. In mense autem nono
bis prophetauit die. 24. mensis: de quibus illustratio
nibus & certitudine luminis propheciæ aliâs plura:
vide Lyram in proloquio psalmorum & Franciscũ
Picum de Prænotionibus. ¶R. Aben Ezra hic mo-
net dubium ex verbis. R. Mosę, quando in mikra,
hoc est biblia ponitur mensis nulla facta mentione
diei, intelligitur principiũ, hoc est prima dies: cur Regula
ergo hic memorato mense necesse erat addere die falsa.
vna, cum modus loquendi et hebraismus satis indi
cẽt fuisse factum die prima: mouet quidem dubiũ
R. Abraham & non absoluit. Ego facile dicerem, id
fieri maioris expressionis causa: at non illo vtar pa
trocinio, quin potius resistam R. Mose & Abraham
& dicã regulam eorũ esse falsam: sic em̃ legimus in
Leuitico בחדש השביעי באחד לחדש In mense Leui. 23.
septimo, in vna (hoc est prima) mẽsis vbi Moyses nõ
fuit contentus dixisse mensem, quin exprimet pri-
mam diem mensis, sicut hic quoqꝫ Aggæus facit: si
mile habetur in Numeris, simile in Ezdra: quare sci Num. 29
to inanem & falsam esse regulam illam Mosaicam. 1. Esd. 3

Factum est uerbum domini.

Non caret mysterio differens ille modus loquen
di de irraditiõe prophetica: nã de Isaia dicit: Verbũ
q̃d vidit. Sic in illo & aliĩs, Ezechiele, Daniele, Naũ.

&c. Visio dicitur prophetica illustratio: Hic vero inquit, Verbum domini factum est in manu Aggæi, sicut & in Osea, Iona, Iohele & in alijs. Scio quid solet dici quod ista circũlocutio vim istam complectatur. Factum est verbum domini per ipsum Aggæum tanquam ministerium Dei: prophetæ enim sunt organa spiritussancti. Haymo idcirco arbitratur Verbum domini factũ in manu Aggæi, vt ostendatur eũ habuisse bona opera, atque in eis factis requieuisse verbum domini. Alij putant proinde manus factã mentionẽ, quòd non tam verbo quàm facto prophetauerit: neque illos reijcio, qui arbitrãt verbũ dñi in manu Aggæi factum, quod hic in ædificatione templi plus facto opus erat, quàm verbis. Nihil horum reprobo, sed nouit spiritus qui prophetam inspirauit: quo sensu fuerit ab eo dictum. ¶ Attamen Hieronymum præterire non possum, qui hic capite secundo expendit, Cur hic ab initio dicatur semper, Factum est verbum dñi in manu Aggæi, cum tñ in fine dicatur, Factus est sermo domini ad Aggæum. Et factum est verbum domini secundo ad Aggæum: Et huiusmodi assignat differentiã: quia ab initio adhuc profectum habebat, & tantum opera munda: cor aũt illius necdum plenam sapientiam accepat. Siue quia habitabat adhuc inter eos qui dicebant nondum aduenisse tempus ædificationis templi, in operibus eius, tãtũ factus est sermo domini. Posteaquàm autẽ populus cum principibus ingressus est templum, & fecit opus templi, & audiuit aduentũ desiderati cunctis gentibus, plenus vaticinio: propterea ad totum Aggæum fit sermo domini. Intelligitis domini auditores Hieronymũ, vult enim primo per verba ista notari prophetiã Aggæi progressam ab imperfecto ad perfectum ex parte sui. Dein alternat hoc factum fuisse ex parte populi, qui ope templi

Haymo.

Hyeron.

tēpli non tentato erat imperfectior. Hoc vnū iuxta Hebræorū regulam adijcere placuit à B. Hieronymo repetitam, Aggæi patrem & auum non fuisse ꝓphetas, cum illorum hic nulla fiat mentio: aliter in Isaia, Hieremia, Ezechiele, Osea, Iohele, Iona, Sophonia, & Zacharia, qui fuerunt filij prophetarum.

Regula Hebræorū

Ad Zorobabel filium Salathiel.

De nominis interpretatione nihil hic dicimus, quod in fine prophetæ magis apposite faciendū est: at quod eum dicit filium Salathiel, insurgit Oecolampadius: quia in libro paralipomenωn legatur Zorobabel esse filius Pedaia: vnde Schealtielem ferunt auum fuisse: nominatum tamen hic & apud Euangelistas, patrem, tanquàm magis celebrem: labitur hic fœde apostata: nam si literā præcisam habere vellet, iam Salathiel patruus fuisset Zorobabel, non auus: quoniam auus ipsius fuit Iechonias: ita enim series disponenda est generationis.

1. Par. 3.

Iechonias.

Asir, Salathiel, Phadaia, Melchiram.

Zorobabel.

At obijcis, si in hoc errauit, quod dixit eū auū, saltē obtinebit quod sit patruus: & sic nō potest dici eiꝰ filius? Euacuādo dicit R. Aben ezra, ꝙ Zorobabel fuit filius Raphia (forte Phedaia legendum) fratris Salathiel: & nominat eum filium, quia educauit eum, sicut in libris Regum nominantur filij Michol: & tamen ipsa nullam prolem habuit: sic dicatur hic Zorobabel filius Salathiel. At hæc fucata euasio non satisfacit Catholico, quoniam Matthæus describens

2. Reg. 21
2. Reg. 6

genea

Matth.1. genealogiam Christi, clare testatur, Salathiel genuit Zorobabel: modo in genealogia non enumerantur patres nisi secundum naturam, vt apud Matthæum, vel legem, sicut apud Lucam. Quare secundum naturam Salathiel fuit pater Zorobabel: & ita non modo Matthæus, sed & Esdras & Aggæus recensent Zorobabel filium Salathiel: Quibus maiorem fidem adhibere debemus, quàm recutitis illis apostatis. Restat vt ad textum respondeamus ex verbis dierum, hoc est paralip. Et non desunt Hebræi, Alberto teste, qui existiment, plura hic nomina vnius fuisse hominis, qui Schealtiel, Melchiram & Phadaia nuncuparetur: id quod Romanis familiare est, & Hebręis nõ infrequens: Et Hieronymus censet vnũ nomen fuisse, Salathiel & Pedaia. Sed viciniores vero existimãtur, qui iuxta literam fatentur duos fratres fuisse Salathiel & Phadaiam: nec repugnant Phadaiam filiũ habuisse Zorobabel: verum per hoc non præiudicetur Salathieli, quin & ipse filium habuerit nomine Zorobabel: & sic duorum fratrum filij ambo Zorobabel dicti fuissent: quos ex vsu patrueles appellitamus: Roboratur solutio, quod Zorobabel Phadij genuit Mosollam: sed Zorobabel Salathielis genuit Abiud: Itaq; ex filijs diuersis, cognoscuntur nomina diuersorum patrum: quare iuxta planam literam intelligamus & credamus Zorobabel fuisse filium Salathiel, velut contemporanei sui Esdras & Aggęus testantur. Meminit autem eum fuisse ducem Iuda, nõ regem: alioquin Aggæus adnotasset, velut veteres prophetæ, sub quibus regibus Iuda prophetasset: Tẽporarium tamen fuit illud silentiũ interregni, quoniam mox Hasmonæi illud arripuerũt, de quo aliâs.

Lucæ 3

2. Esd. 3

5. Esd. 5

Zorobabel filius Salathiel.

1. Para. 3

Math. 1

¶ Perspicuum tamen nobis fit, tribum Iudam semper fuisse nobilitatã: cum ex prophetica prædictione Iacob: tum ex euẽtu rei, quod Naason primus obtulit:

tulit:

tulit: Caleph cũ Iosue terrã primus explorauit: David fuit ex tribu Iuda & Salomõ, cũ posteris regib9: Et nr̃ rędificator Zorobabel fuit de tribu Iuda, dux & princeps: verũ hãc nobilitatẽ tribus Iuda consummauit ac perfecit toties eis promissus Messias dominus Ihesus Christus ¶ De Ihesu vero filio Iosedech plura diximus in Homiliario nostro Tomo tertio in die circuncisionis Homilia quarta (Scias lector me illa repetijsse & auxisse plurimum, legendo: in laudẽ benedicti domini Ihesu. de quo alias plura) Sufficiat in præsentia, prophetam non neglexisse sacerdotem & contempsisse, id quod Luterani modo temere & insolenter faciunt in pontifices & omniũ Episcoporum iniuriam: de Iosedech patre Ihesu habemus testimonium 1. Paralip. 6. quoniam ipse fuit sacerdos magnus in templo primo: Hoc quoq; adnota, quem hic translatio nostra latina, & Septuaginta quoq; Græca Ihesum vocãt In Esdra appellat eum interpres Iosue: licet in Hebræo vicinior ibidẽ esset pronunciatio Ihesus, quoniam appellat eum ישוע cum Aggæus eum nominet יהושע.

1. Esdr. 3

Collige hanc doctrinã. Cum sermo propheticus hic dirigitur ad principes vtriusq; status, secularem (vt aiunt) potestatem & ecclesiasticam: vnde docemur religionem veram & pietatem plurimum pendere ex capitibus: Quod proh dolor experimur verum esse gementes, hac nostra tempestate, vt principibus & magistratibus vino (rectius dicerem veneno) Luterano & Zuingliano corruptis ac infatuatis, cogant subditos inaudita à seculis tyrannide, hæresibus adhærere, & eorum vitulos in Dan adorare: sed potentes potenter tormenta patientur: diximus in Homiliarijs nostris multa: D.O.M. liberare dignetur ecclesiam suam sanctam ab hac tyrannide. Vtrum q; siue populus negligens fuerit in cultu diui

Magistratus magni momenti.

no, si-

no, siue totus deserat illum, nō immmerito deus exquiret sanguinem eorum de manibus illorum: qm̃ Regis ad exemplum totus componitur orbis: Sciãt ergo principes, sciant Rectores communitatum ad se quoq; pertinere curam fidei & cultus diuini: Verum non facient hoc secūdum phanatica capita, & apostatarum perfidorum ausus & temeritatem: sed ab Aggæo, magno, festiuo & celebri propheta admoniti: Alioqui cum Hieroboam portionem habebunt, cum Dathan, Chore & Abyron, proiecti erunt à domino in æternum: Hāc legem Augustini vellem obseruari à Magistratibus. In hoc seruiūt reges deo: si in regno suo bona habeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad satietatem humanam, sed etiam ea quę pertinent ad religionem diuinam.

Num. 16

Populus iste dicit &c.

Hierony.

Ad litterā sensus est obuius, quem Hieronymus & alij doctores cōmuniter explanant. Populo enim reuerso sub Cyro rege, conabātur ædificare templū, sed à vicinis Chuteis & Samaritanis fuerunt vi prohibiti, & Cyro mortuo impetrarunt edictum prohibitoriū ab Artaxerxe Cambyse: vnde populus in hanc venit pusillanimitatem, vt crederent nondum tempus ædificandi templi. Siquidē si venisset deus, auferret ista impedimenta externa quæ iam. 18. annis durauerunt Iudæorum supputatione. At quia septuagesimus annus fuerat euolutus à Hieremia prædictus, obiurgātur tanq̃ increduli, q; minorē fidem adhiberent verbis domini quàm humanis impedimentis, & ita contradicebāt spiritui sancto per Hieremiam loquenti. Expēdit vero Hieronymus populum dixisse: Nondum venit tempus, non Zorobabel dux, Nō Ihesus sacerdos magnus, sed turba, plebs, bestia multorū capitum, neglecte habens verbum

1. Esd. 3.

Hierony.

Dei sub iussu & seruitute regum Persidis populus cō stitutus clamat, nondum venit tempus: ita pulchre hic. R. Salomon Iarhij Ben Isaac dicit: Inceperāt sub Cyro ædificare, sed prohibiti cessarunt tribus annis sub Cyro bellis implicito: & .14. sub Assuero (ipse est Cambyses) & vno anno Darij: & ita secūdo anno Darij dicta est prophetia Aggæi, ad vigoraudū & hortandum eos, quoniam inimici non facerent cessare eos, & sanctus qui benedictus, prosperaret eos. Cū ergo tanta esset incredulitas populi, non immerito apud principes conqueritur Deus, tanquam coram his, quorū intererat ignauiam populi corrigere, ne peccatum in eos redundaret. Hæc de literali explanatione, quam sicut de templo materiali nō approbamus, ita nec requirimus tantorum uirorum reuereriti autoritatem.

R. Salo.

ALIA ET ALTIOR EXPLAnatio.

Haymo tractans illa verba, Nondum venit tempus &c. Post alia inquit: Potest hoc ad Iudæos referri, qui pro Christo antichristum expectāt, & dicūt Nondum esse tempus Ecclesiæ, quia nondum venit Chrs. Ex quibus breuib⁹ verbis suspicor illū admirabilem virū Rupertū Tuicieñ. (cuius nō sum dignus corrigiam calciamenti soluere) amici nostri Iohannis Cochlei opera in lucem data, prorsus stupendā atulisse expositionem, sicut omnia sua scripta mirifice spiritum redolent, nectar & ambrosiam: adeo vt meo exili studio non videam quempiam .12. prophetarū oracula posse intelligere qui illius vel non præcesserit, vel secutus sit vestigia. Itaq; eum vbiq; hac expositione deflorabimus: & Deo adiutore, cuius imploramus gratiam & iuuamen, curabimus impensissime, vt meliora reddamus non adulterata eius commentaria,

Haymo.

Ruperti Tuitieñ. laus.

Et vt

¶ Et vt doctoris munere fungar, Optime auditor, hęc te scire velim, antequàm Commentariorum mari te committas, Omnes expositores tres omnino habere scopos expositionum. Vnus est templi materialis Hierosolymitani secundi, cui accōmodant totam hanc prophetiam Rabini Hebræorum, nec alium scopum sciunt: Hunc sibi præfigunt scopū plures etiam Catholicorū, Hieronymus puta Haymo. Rabanus, Lyra, Hugo, & cōmunes interpretes: Verū in hoc differentius, quòd posteriores scopos non aspernantur, vt in processu expositionis nostræ manifestabimus: Non enim turgemus fastu, vt proprium honorem in hoc opere venemur: sed cuiq; libenter honorem suum impartiētes, memorabimus autores, vbi nobis occurrerint. Dei gloriā quęrentes.

Scopus prophetę

¶ Alij figunt obtutum in templū Christi non manufactum, hoc est in corpus suum benedictum: nā ipse hoc apellat templum. Soluite templū hoc. Huc respexit Tuitieñ. & digito ostēdit Haymo, & aliquoties B. Hieronymus vt suo loco monstrabimus.

Ioh. 2

¶ Postremo aliqui omnia referunt ad templū mysticum & spirituale, hoc est, ad cuiusuis fidelis animum, seu totam ecclesiam, Paulo dicēte: Templum dei sanctum estis vos. Hoc cōmune est omnibus Catholicis tractatoribus, spiritum viuificātem sectantibus: quāuis Iudæi Græci literā occidentem amplexi, ad hæc mysteria non perueniant, cū sint sine spiritu, sine vita, adeo vt nihil inanius legerim in omni vita, quàm sint commentarij Rabinorum: vt necesse sit aliquas chartas euoluere, anteq̄ inuenias aliquid notatu dignum: Porrò ficta, falsa, mendacia, & fabulas plurimas, etiā blasphemijs permixtas, apud eos frequenter legis.

Cor. 6.

Cor. 3.

In Iudæorum commētarios

TVITIEN. EXPOSITIO.

Hoc

Hoc ita præmisso, non te prætereat auditor studiosissime, Tuiticñ. omnem Aggæi prophetiam ad benedictum corpus Christi referre, & ad ecclesiã spõsam Christi. Dicit populus nondum venit tempus. Principio in scripturis nõ facile inuenim⁹, quã causa propheta Iudæorum gentem obiurgasset, cum nulla eorum fuerit culpa: nam quod templi ædificium fuit intermissum vsq; ad secundũ annum Darij, hoc egerunt hostes Iudæ & Beniamin, quia conduxerunt aduersus eos consiliatores, qui impediuerunt eos omnibus diebus Cyri & Cambysis. Si ergo inuito populo dei intermissum fuit ædificium, nõ modo ob hostium potẽtiam, verum ob iussum regium Persæ, pro cuius salute iussi sunt orare Iudæi: q̃ ratione ergo tot pœnæ ac cõminationes coacervarentur in populum insontem ac minime culpabilem. Porro cum Esdras hanc totam historiam texuit ædificati noui templi, nihil huiusmodi delicti aut acediæ reperimus in populo: quin potius collaudantur de magno zelo, quem habuerunt ad templum Dei ædificandum. Nam principes obtulerunt vltro ad extruendam domum Dei impensas operis auri solidos quadraginta milia & mille, argenti minas quinq; milia, & vestes sacerdotales centũ. Dederũt item pecuniam latomis & cementarijs, cibum potumq; & oleum Sidonijs, ac Tyrijs, vt adferrent ligna cedrina de libano, vnde iacto fundamento omnis populus uociferabatur cum clamore magno in laudando dominũ, eo quòd fundatum esset templum domini. Profecto domini auditores, non leuiuscula est hęc Tuitiana ratio: me eñ, vt fatear verum, vicit, vt dum Esdræ librũ conferrem ad Rabinorum & Doctorum Ecclesiæ explanationem, videatur plebs minime culpabilis in mora tẽpli ædificandi, cum tamen Propheta illorum iudicio, maxime

Ratio cõtra communem.

1. Esd. 4.

1. Esd. 3.

xime Rabinorum, nihil aliud agat, quàm increpet, obiurget Iudæos ob acediam in ędificando templo Quare vigilanter audite quæso ô auditores veritatis cupidi, quid nobis noui adferat Tuitieñ. post cõmunem expositionem literalem.

DE TEMPLO Corporis Christi.

Primo omnium expositione Tuitianã non aufertur templi materialis ædificatio: nam templo Salomonis ambusto, necesse fuit domum secundã reædificari, vt illa vere fierent & contingerêt, quę de domo non manufacta Christi fuerunt prænuntiata. Alioquin quomodo prophetia Malachiæ fuisset impleta: Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Et illud item: Suscepimus Deus misericordiam tuã in medio templi tui. Item de Syõ exibit lex, & verbum domini de Hierusalem, & huiusmodi multa. ¶ Porro etsi tunc temporis nõ intelligebantur in verbis prophetæ, quæ modo intelligimus, & quæ spũs sanctus voluit significari per prophetam: attamen conferebat nonnihil carnalis ille sensus Iudaicus, quo auditores ad ædificandam domum Dei accẽdebantur: id quod Esdras testatur Surrexerunt Zorobabel & Iosue: & cœperunt ædificare templum Dei in Hierusalem, & cum eis ꝓphetę Dei adiuuãtes eos. Quid ergo vult cõcisa illa prophetia, & abrupte pronunciata· populus iste dicit: Nondũ venit tẽpus domus dñi ædificandæ? Breuis prophetia, parua mẽtis irradiatio, sed in paucis verbi magnum istius populi malũ signabatur. Quod videlicet veniẽtẽ Christũ nõ esset suscepturus, sed aliũ expectaret. Arrige aures auditor, qd in hunc diẽ audis à Iudęis nostratibus, nisi illud: Nondũ, nõdum, nondum. Adeo obstinati pertinaciter negant christum venisse. Et illud nondum parturiet eis an

Malach. 3. ps. 47. Esa. 2. 1. Esd. 4. Nondum venit tẽp⁹

ticrihristum. Audi testē omni exceptione maiorē: Ego veni, ait Christus, in nomine patris mei, & nō suscepistis me: si alius venerit in nomine suo (Antichristus) istum suscipietis. Ioh.5.

Ergo quod propheta tam concise inquit: Populus iste dicit: Nonpum venit tempus domus domini ędificādæ: hoc dicto nihil prorsus adijcit, nisi alia illustratione prophetica facta. Et factum est verbū domini &c. Dictum ergo insigne populi oportet intelligi: & profecto tale, quale non possit sciri nisi per verbum domini. Quale Aggæus etiam scire non posset, nisi esset ꝓpheta domini. At penitius introspicite, & videbitis sublimitatem propheticam, ac augustalē prophetæ aduersus cæcos & obstinatos Iudæos autoritatem. Populus dicit: Nondum venit tēpus &c. Vere populus, iā eñ iuxta prędictionē Iacob, sceptrū erat ablatum de Iuda: nullus itaq; fuit ibi vel rex vel פחה dux: popul⁹ reliquus mãsit: Sacerdotiū quod præclarū & insigne fuit Iudęorꝝ tempore Christi nūdinabatur, & prorsus erat venale: vnde etiam mox cessauit: quia translato sacerdotio necessarium fuit legis translationem fieri. Quis ergo ex Iudæis fuit reliquus, deficiente rege & sacerdotio nisi populus? Quis populus? nisi qui clamat, Nondum venit tempus, dom. dom. ędifi. Et quis est populus qui sic clamat, nisi populus ille notabilis, & publica captiuitate notatus: notus ille populus Iudæus hodie clamat: Messias nondum venit: tēpus ædificandæ domus Dei, id est, corporis Christi in vtero benedicto MARIÆ ædificato à die Annunciationis angelicæ vsq; ad eius natiuitatem. At non videtur tibi corpus Christi esse templum? Vide quę Iohannes refert Christum dixisse: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et quod erat templum sequitur: Ille aūt dicebat de templo cor- Heb.7. Ioh.2.

poris sui:Iudæi indurati hoc non crediderunt, neq; hodie credunt:quia clamãt,Nondũ venit tẽpus &c. sed cum resurrexisset à mortuis,recordati sunt disci puli eius quia hoc dicebat:&crediderunt scripturę, & sermoni quẽ dixit IHESVS.Cum apostolis & nos credimus, venisse tempus ædificati templi ex Maria virgine,concepti de spiritusancto. At increduli Iudæi repugnant in hunc diem,& sacrilegium committunt,&mendacem faciunt Iacob patriarcham, mendaces omnes prophetas, quorum vaticinia omnia sunt impleta(ut aliâs prolixe tractatũ) adhuc populus duræ ceruicis murmurat &cõtradicit.Nõdum venit tempus domus domini ædificandę.Arbitror auditores selectissimi,vos iam intelligere,quid nomine templi propheta significauerit: Nam cum Apostolus fidelem animã dicat templum dei,quanto magis corpus benedictum Christi, templum dei dici debet & est, quod in sequẽtibus adhuc pluribus adprobabimus, cum in eo inhabitauerit plenitudo diuinitatis.

SENSVS MYSTICI ET SPIRITALES HUIUS LOCI.

Postremo loco veniamus ad sensus mysticos & tropologicos ac anagogicos: quòd videam hunc modum à catholicis doctoribus frequenti vsu esse vsurpatum:&si ad contentionem sensus iste non sit adeo efficax,ubi nõ magno robore aliis scripturis suffulciatur. Tamen proderũt sensus isti ad docendum & afficiendum:nam per symbola simplices eriguntur ad altiorem intelligentiam,vt fusius in Commentariis nostris super Mystica Theologia Dionysii tradidimus.Accedamus ergo ad institutũ: nolumus eñi anfractibus verborum & longis circuitibus te inaniter defatigare:amamus tuum profectum,non fumum

August.

mum verborum. Renarratores erimus hic potius, nisi vbi Hieronymiana aut Haymonica extēderimus.

Primo cum sub Dario fuerit populus, mystice accipit Hieronymus: quia דריוש quem nos Darium dicimus, interpretatur iuxta Hebræum, Generationes factæ. Populus ergo qui seruiebat generationibus, & amabat carnem, erat sub Dario, qui erat amator coitus, & socius draconis. 1

Accedit numerus infaustus secundi anni. Numerus est immūdus, qui ab vnitate virginitatis deficit. Significat autē recte per tunicas pelliceas, q̄ nuditatē parentū velabant. Hinc in Genesi dum opifex mundi per singulos dies creationis, benediceret diebus, secundi diei nulla fit benedictio. Et animalia immūda bina ingrediebantur arcam. Et Longobardus binarium dicit esse principium alteritatis: de Lyrano non moueor, qui modestiæ oblitus, dicit rationem doctorum de numero binario infausto esse trupha ticam. Nolumus lædere manes, sed id quod res est, affirmamus, Numerum binarium & mathematice & metaphysice afferre secum imperfectionem. 2 Gene. 1 Gen. 6. In Lyram

Devs bone quàm vberem messem hic conspicio, dū Theologiæ mysticæ ac symbolicæ memor sum, vbi indagine subtilissimā deuenitur, vt sciamus solū deum esse vere vnum: sicut nemo est vere bonus, nisi deus: omnis enim creatura alteritas quædam est, & ita imperfectio: & quia principium alteritatis est binarius: vnde omnis imperfectionis origo iuste alteritati, hoc est binario, tribuitur. Res esset prolixa nimis ad hęc excutiēda: super quibus olim plurimā segetē adornauimus. Verū malū ab aquilone Ludderus hęc nobis vitia fecit, vt hic repositis ꝓximis ecclesię hostibus, infracto animo occurrētes, illa missa fecimus. Sancta ergo & salua sit expositio quam dedimus de binario, numerū scilicet esse imperfe- Hierony. contra Iouinianū.

 ctum.

fectum. Quod si delectaris in hoc campo diuersari, post veteres Carolum Bouillũ legito, Stapuleñ. huic iungerem, si adhuc foret homo ecclesiæ, & Cusanus vbiq; attigit.

Cum aũt diximus, binarium numerum esse imperfectũ, nolim ineruditum cõsurgere auditorem, qui Lyrana dialectica īferat: Numerus binarius est infœlix: ergo quicunq; binarius est proiectitius et infamis. Nam nouimus binariũ charitatis admodũ commendatũ: sic & iugale matrimonij duabus personis adfigitur: sed intuere fontem dilectionis ex vnitate pẽdere ex amore Dei. Aduerte quãto vnitas virginitatis precellit sacrũ coniugiũ. Neq; coniugiũ celebratur, nisi quia sunt duo in carne vna.

3 Tertio accedit mensis sextus, qui etsi ex ratione numeraria magnam habeat perfectionem, imò est primus numerus perfectus, vt Arithmetici definiũt (vide Boethiũ) quia constat ex omnibus partibus suis aliquotis, scilicet, 1. 2. & 3. tamen hanc habet infœlicitatẽ, quòd eo mense nullũ agitur festũ legale specialiter, de quo in secũdo capite plura dicturi sumus. Itaq; huius ratione mensis sextus mẽsis est seruitutis & operum. Quare non habentibus templum, seruientibus carnali Dario, in anno secundo imperfecto, in laborioso mense sexto factũ est verbum domini. At quia cito erant ædificaturi templum, & ad cultum Dei redituri, in vna die factum est verbum domini ad vnitatẽ accedentibus, & ad numerũ imparem, etiã à gentili poeta mũdũ esse cognitum. Numero Deus impare gaudet.

4 Porro verbum domini fit ad Aggæum, qui interpretatur festiuus, omnis qui festa celebrat, non in fermento veteri maliciæ, sed in azymis synceritatis & veritatis: habeamus & nos mundas manus & vocemur ἑορτάζοντες, id est, festa celebrãtes, &

ad nos

ad nos fiet sermo Dei quando sumus Aggæi, quando per omnem vitam nostram celebrabimus festa in operibus nostris, & ea festa spiritaliter obseruemus, quæ Iudæi carnaliter peregerunt.

Sermo populi fuit. Nondum venit tẽpus do. do. ædifi. Et tu quando videris aliquem egressum de Ecclesia per peccata, & tamen differentem redire, sed diem de die trahere: dic ad eum: vere & tu es de populo captiuorũ, & dicis: Nondum venit tempus do. do. ædifi. Hoc enim verbum est omniũ differentium conuerti ad dominum, & nondũ agentiũ pœnitentiam, qui tardant facere Deo templum in cordibus suis, prætendentes friuolas excusationes. Qui enim semel decreuit instaurare templum Dei mysticum, huic omne tempus aptum est: nec rex diabolus potest impedire, nec hostes per circuitũ, nec pietas simulata parentum, affinium, liberorũ, statim vt cõuersus inclamaueris nomẽ domini, dicet, Ecce adsum. Hæc Hiero. Vera enim increpatio prophetica in hos competit, qui coruũ habẽt in superliminari cantantem crascrascras: differunt in iuuentute conuerti ad dominum. Extende, vt in Homilijs de pœnitentia. Hęc de primo textu. Soph. 2.

HEBR.

וַיְהִי דְבַר יְהוָה בְּיַד
חַגַּי הַנָּבִיא לֵמֹר:
הַעֵת לָכֶם אַתֶּם
לָשֶׁבֶת בְ בָתֵּיכֶם
סְפוּנִים וְהַבַּיִת הַזֶּה
חָרֵב: וְעַתָּה כֹּה אָמַר
יְהוָה צְבָאוֹת שִׂמוּ

GRAE. SEPT.

Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου λέγων. 3 Εἰ καιρὸς ὑμῖν ἐστὶ τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις κοιλοστάθμοις, ὁ δὲ οἶκος οὗτος ἐξηρήμωται; καὶ νῦν τάδε 4 λέγει κύριος τῶν δυνάμεων. Τάξατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὰς ὁδοὺς ὑμῶν. Ἐσπείρατε πολλά, 5 καὶ εἰσηνέγκατε ὀλίγα. ἐφάγετε καὶ οὐκ εἰς μέθην. περιβάλλεσθε,

לְבַבְכֶם עַל דַּרְכֵיכֶם׃
זְרַעְתֶּם הַרְבֵּה וְהָבֵא
5 מְעָט אָכוֹל וְאֵין לש
לְשָׂבְעָה שָׁתוֹ וְאֵין לְשָׁכְרָה לָבוֹשׁ וְאֵין לת
לְחֹם לוֹ וְהַמִּשְׂתַּכֵּר מִשְׂתַּכֵּר אֶל צְרוֹר נָקוּב

ϗ οὐκ ἐθερμάνθητε ἐν αὐτοῖς. ϗ ὁ τοὺς μισθοὺς συνάγων, συνήγαγεν εἰς δεσμὸν τετρυπημένον.

3 Et factum est uerbum domini in manu Aggæi prophetæ, dicens: Nunquid 4 tempus uobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta: Et 5 nunc hæc dicit dominus exercituum: Ponite corda uestra super uias uestras: Seminastis multum, & intulistis parũ: 6 Comedistis, & nõ estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis uos, & non estis calefacti: & qui mercedes cõgregauit, misit eas in sacculũ ptusum.

SVMMARIVM.

Quod dominus per prophetam prius sermonẽ populi ita concisum & ex abrupto finiuit, absq; dubio indignationẽ dei insinuat: Iam vero eodem die quo prius, licet altera vice illustratus fuit propheta: & pergit ex plicare obscurũ quod prius dixerat. Nondum venit tẽpus domus domini ædificandæ. Si inquam non est tempus, vt vos dicitis, interrogo vos, quomodo est vobis tempus, vt in domibus ornatis

magnificis habitetis, & ita curatis propria & prophana, domum autem meam (ita scriptura solet lo qui de templo, domum appellans) dimittitis desertam & vastatam, quam tamen ante omnia, neglectis priuatis ædibus, debebatis restauraste. At quia vastitatem domus meæ nō habetis cordi, saltem ex pendite animis vestris, & considerate omnia opera vestra: & inuenietis quomodo afflixi vos propter hanc negligētiam vestram: nam male affeci vos in agro, in domo, & in itinere: cum ex multo semente parua messis prouenit: & neq; cibus neq; potus, neque vestes vobis profuerūt: & qui negotiationibus insistebant & nundinationibus, non plus consecuti sunt, quàm si lucrum seruassent in sacculo perforato ac foraminibus pleno, in quo nihil remaneret residui: ponite ergo corda vestra super illo, & inuenie tis quàm dure vobiscum agam, ob neglectam domum meam, & acediam vestram.

EXPLANATIO FVSIOR.

Et factum est.

In eadem die qua supra, ait Hieronymus, rursum videtur hæc visio: & proficientibus prophetæ operibus, prophetię quoq; dona succrescunt. Habito ergo paulisper silentio, ad id quod populus dixerat, Non dum venit tēpus, &c. profert Aggæus domini quasi cogitatam responsionem: Si non est tempus ædificādi templum meum, quomodo est tempus ædificandi domos vestras ornatas & tabulatas, plus ad delicias quàm ad vsum? Et cum in domo mea sit sanctuarium, sit altare, mensa propositionis & alia, illa tamen iacet deserta & vastata. Et factum est. intellige per noui luminis prophetici immissionem: nam tenebræ rerum futurarum non possunt videri, nisi ac

censa à deo noua face prophetica: Ergo improperat eis curiositatem in proprijs ædificijs, & negligentiam in ædificio diuino.

Et probando assumit vt aspiciant opera eorum, & quæ contingunt, inueniet pœnam præsentariā delicti: Ideo Ionathas in Thargo suo suppleuit

Thargū

הנדין כשר לכון דאתון יתבין בבתיא רימטללין בכיורי ארזיא ובית מקדשא הדין חרוב hoc est, An ne hoc rectū fuit vobis, quod vos habitatis in domibus optis intabulatis cedris, & domus sanctitatis ista, desolata, q.d. hoc nō est rectū (est ה' haema, licet nō habeat hateph propter sequentem gutturalem. Arguit itaq; eos propheta per comparationem. Vos habetis tempus vt ædificetis vobis domos: & non habetis tēpus ad ædificandum Deo. Vos ædificatis vobis domus splendidas, domos tabulatas cedris, sic delicate viuitis: & domus Dei est deserta, iacet desolata, imbribus & pluuijs exposita.

R.Salo.

Nunquid tempus vobis est? Loquebatur propheta primo principibus, iam vero populo loquitur. Nunquid tempus vobis est vt habitetis in domibus laqueatis. Eleganter vertit Hieronym⁹ pro connexis & testudineatis domibus. Septuaginta verterunt κοιλόσταθμοις hoc est, concauis: Nam in Hebræo legitur ספונים à verbo ספן quod significat tegere, & quasi vestire parietes aut ædes sine tabulis, aut laquearibus: sicut eleganter vertit Hierony. Et totam cameram restituit tabulis cedrinis, hoc est, texit, exornauit. Et ita exponit etiā R. Sal. מכוסים בנסרי ארצין hoc ē tectis, in asseribus cedrinis seu tabulis, ab incidendo sic dictis: B. Ambrosi⁹ in epi. ad Ireneū legit, in domib⁹ cęlatis. frequēs est aūt illa admonitio prophetarū cōtra sumptuosa & curiosa ædificia, velut Dominus per Isaiam ait: Væ qui cōiūgitis domum ad domum, & agrum agro copulatis

Domus laqueatæ

3.Reg.7

Isa.5.

vsq;

vſq; ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? in auribus meis ſunt hæc, dicit dominus exercituum: Niſi domus multæ deſertæ fuerint grandes & pulchræ & abſq; habitatore. Et multo peius eſt, ſi q̄s magnifice ædificat ex ſudore pauperum, ſicut dicit per Hieremiā. Vę qui ædificat domum ſuam in iniuſticia: amicū ſuum opprimet fruſtra, & mercedē eius non reddet ei. Qui dicit ędificabo mihi domum latam & cœnacula ſpeciosa, & facit laquearia cedrina, pingitq; ſynopide.

Hier. 22.

Dominus exercituū ſabaoth.

Sabaoth.

Vocula eſt frequētiſſima, & omnibus obuia: neq; adnotarem quicquam niſi recentiorum quorūdā temeraria nouitas me impelleret, qui linguam & pronunciationem matris Eccleſiæ peroſi, vbiq; legūt, ſcribūt, & legēdū docēt: (quod nōdū didicerūt) zebaoth, cū receptiſſimus vſus Eccleſię & ſanctorū patrū ſemp zabaoth vel ſabaoth edixerit. Nā hebraice dicit̄ צבא in ſingul & צבאות in plurali: litera aūt צ Hieronymo teſte prolationem habet mediam inter s. & z, cuius proprietatem et ſonum latinus ſermo non exprimit: ſonat enim quid ſtridulū, & ſtrictis dentibus vix linguæ impreſſione profertur. Cū ergo quid medium ſonet inter ſ & z. vnus ad iſtam alter ad aliam declinat pronunciationem. Itali aūt & Hiſpani Iudæi plus inclinant ad ſ. hinc dicimus: Sabaoth, Syon &c. licet noſtrates Iudæi plus inclinant ad z. quare noli eſſe ad prodigium in his ſuperſtitioſus, vt noſtri hebraiculi faciunt ſcribentes tzebaoth, tzephaniah, tzion, & ſimilia. Quantum ad prolationē attinet vt recte dicatur Sabaoth, ſcias cādide auditor plures qui in Germania hebraizant, ſatis infœliciter ex noſtratibus Iudæis indoctiſſimis linguam illam hauſerunt, antequā venirent Heliani

In Bucerū.

libri

libri præceptoris mei Romani: nam cum ignorent dikduk, hoc eſt grammaticam, vſuris intẽti, ex arte nihil poſſunt vel proferre, vel exponere: vnde rariſſime pronunciant ſcheua: punctum initiale, ſed inepte dicunt, Breſchis, Schlomo, Schmuel: cum cõtra Helias omne ſcheua initiale dicat fore legendũ, autoritate Tabiritarum, qui ſunt elegãtiores grammatici Hebræorum. Modo fateor apud Germanos Iudæos tendere lectionem ſcheuá ad e: hinc non nego, eos legere zebaoth: at hoc faciunt in initialibus contra artem: adfero contra eos Rabi Moyſen kimhi in Mahalach hadaas in grammatica ſua dicentẽ;

Helias.

והשבא קריאתו על שלשה פנים . אחת אם יבא אחרין אחת מאותיאות אהחע קריאתו נוטה לקריאת אותה האות כמו קחי קריאתו נוטה לחירק ׃ והשני אם בא אחרין יוד קריאתו נוטה לעולם לחירק אף על פי שתהיה היוד נקורה באחת ,מן התנועות האחרות ביר.ביום׃ והשלישית אם יבא אחרין אחת מיטאר האותיות שתהיה נקורה באיזו תנועה שהיה קריאת חתבא נוטה לקמץ׃

Latine ſic intelligas. Scheua lectio eius ad triplicem faciẽ. Vna, ſi uenit poſt ipſum una de literis א ה ח ע lectio eius declinat ad lectionem illius literæ, ſicut kihi, lectio eius declinat ad hireck. Secunda, ſi uenerit poſt ipſum iod: lectio eius inclinat perpetuo ad hireck, non obſtãte (quamuis) quòd iod erit punctatum in una de alijs motionibus, bijad, bijom. Et tertia, ſi venit poſt ipſum vna de reliquis literis quę erit punctata quacunque motione, erit lectio Scheua inclinans ad cametz (quod maxime verum eſt in Roſch teua (in capite dictionis.) Hęc libẽter adduximus, vt accõmodares noſtris Germanis, ſiue Iudęis

siue fidelibus: & deprehenderes quantum aberrarêt in lectione minimi puncti Iudæorum, scilicet Scheua. Circa hanc tertiam faciem pronunciandi Scheua, Capnion piæ memoriæ, explanans hunc locum in pubica lectione, attulit miskal, & exemplum צבאות vbi punctũ scheua dixit ex hac regula per cametz legendum, Sabaoth. ¶ velim probatissimũ accipias huius rei exemplum שלמה Hic scheua iniciale legitur pro cametz. Cametz vero mediam habet prolationem inter a & o nostras vocales: sonat enim a Bauaricum, Vaoter: hinc factum scito, cum Græci vsurparent hanc vocem, pronunciarũt per o, Solomon: Latini vero per a, Salomon: ita neuter aberrauit à vero, dum scheua per cametz pronunciatum, vtriusq; vocalis vim in se contineat. Vides iam quàm sint ridendi, qui nobis pro Salomon obtrudũt Schlomo. Rideas etiam Græculos Latinos, qui Latio Solomonem inuehere nitunt, ignari ex quo fonte diuersa hæc prolatio profluat. Impulit me hominum indoctorum temeritas, vt ex Theologo in Grãmaticam descenderim.

Reuchlin

Anno 1523
Achatius Roman⁹.
Hierony. Hispanus.

Quantum vero ad significatum attinet, in singulari numero exercitum significat, in plurali vero exercitus: dixerim tamen duo: primo Hieronymũ pro Sabaoth vertisse, exercituum: & hoc quidem proprie: nam vere deus est dominus exercituum angelorum & omnium spirituum ministerialiũ tam bonorum quàm malorum: verum Septuaginta vel intactam reliquerunt hancvocem, vel loco eius δυνάμων. i. virtutum, vel παντοκράτορα, id est omnipotentẽ, verterunt, velut & hic adnotauit Hieronymus in fine capitis. Miraris forsan selectissime auditor, cum Septuaginta viri fuerint in lingua sancta doctissimi vtpote in ea nutriti & educati, quos non potuit fugere significatus istius tam vulgatę dictionis apud

Hierony.

Amos 6.
Zacha. 8

Hebræos

Hebræos atque vſitatiſſimæ, cur ergo maluerunt ſupponere peregrinas & exteras voculas, quàm propriam & genuinam? Reſpōdeo, quia ſemper maximi feci ſeptuaginta, quos credam cum S. Auguſtino à ſpiritu ſancto illuſtratos tranſlationem perfeciſſe: id & B. Hieronymus in epiſtola ad Dōmonem & Rogatianum teſtatur, & præfigitur in prologis Paralipomenon, in ea enim ſic legitur, quando dixerat librum ipſum vitioſum eſſe in græcis & latinis codicibus. Nec hoc Septuaginta interpretibus qui ſpiritu ſancto pleni, ea quę vera fuerant trāſtulerunt, ſed ſcriptorꝝ culpæ aſcribendum. Quod autē vel aliqua mutarint vel occulerint, hoc & ſcandali vitandi gratia, aut ne myſteria proderēt porcis & canibus fecerunt, velut attigit Hiero. in prologo Bibliæ & in prologo Iſaiæ. Intelligens aūt mox inuenit primam cauſam hic militare. Nā adorabant Gētiles, maxime Aegyptij, militiam cœli et reginā cœli. Ne igitur ſcandalizarentur Ethnici, ſi militiæ & exercituū fuiſſet facta mentio, vt hinc erroris ſui robur arripuiſſent. Ideo caute ſuppoſuerunt alia nomina, nihil de veritate aut maieſtate dei detrahētes. Quod ſub initium Geneſis factum vides. Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorꝝ. Quàm facile fuiſſet eis dicere, et omnis exercitus eorum, צבאם nisi boni viri ſpiritu ſancto doctore fuiſſent veriti, ethnicos hinc ſcandalizatos, vt exercitum cœli pro militia cœli intellexiſſent, cui idololatriam exhibebant. ¶ Alterum eſt, cur nomen illud ſæpe in Biblia & in diuinis officijs eccleſię maneat intactum? Reſpōdeo cū Origene, nomina aliqua ſācta abſq; interpretatiōe fuiſſe relicta in natiua eorum lingua, quod vel pleniter transferri non poſſent, vel non eandam energiam haberent in peregrina lingua, quam habent in propria, vt alleluia, oſanna

Hiere. 19. Soph. 1 cū concor. 4. Reg. 38.

Geñ. 2.

Lib. 5. contra Celſū. Sabaoth non trāſlatum.

Osanna, Adonai, Amē, verba Origenis sunt. Idipsum de Sabaoth nuncupatione dicturi sumus, quod vti ꝙ multis in locis, inter vota & preces admittitur: ꝙ si forte id nominis in nomen aliud trāsferamus, vt puta dominus virtutum, vel exercituum, siue omnipotens, cū dicendū sit sabaoth, nihil ꝓficimus. Verū est ꝙ non omnibus Origenicis eodem loco subscribimus: recurramus ad literā post longa πάρεργα.

Ponite corda uestra super uias uestras

Vbi Hieronymus vult Aggæum voluisse suggerere populo, vt mox prænunciata opere implerēt, ait enim: Non sit aliud loquētis tempus, & aliud facientis: præcepta mea statim in opus vertite. Hactenus corda vestra vicijs seruierūt, sine ordine, velut desideria trahebāt, at iā præcepto dñi discūt ponere corda sup vias, hoc ē, vt nihil absq; iudicio faciatis, sed semper præcedat pedes vestros legalis lucerna, velut Dauid ait: Lucerna pedibus meis, lex tua, & lumen semitis meis: Oecolampadius hic lacerat literam, & voluisse prophetam dicere: Opus vobis iniunctum alacri animo perficite, & hebraico idiomati hoc imponit, sed quàm falso hoc faciat docet cōtextus prophetiæ, qui hoc nō permittit vt mox indicabimus: & Hebræi nostris doctoribus cōsentientes lōgissime absunt à corrupto Oecolāpadij sensu. Nam Ra. Aben Ezra exponens, super vias ve. ait: בצרכי העולם hoc ē in necessitatibus, (in indigentijs,) sæculi. Et lucidius R. Salomon Iarhij Ponite corda vestra super vias vestras, id est, super opera, quod vos videtis, in opere manuum vestrarū nō esse benedictionem, sicut dicit: Seminastis multum &c. Omne hoc patimini, propter desolationem domus meæ.

Hierony.

psal. 118

Vera ergo mens prophetæ est ad literam, vti & nostri

& nostri duces tradiderunt: propheta voluit populum admonere, vt tamen expenderent & mente cogitarent vias viuendi, operā eorū: quod omnia præter spem succederent: & nihil prosperiter cum eis ageretur: Non enim vult alias vias eos ponere super cor, quàm quas mox eis enumerat: Breuibus hoc attigit Haymo. Ponite corda vestra super vias vestras. Q. d. Considerate quæ fecistis & passi estis: Omnis enim labor vester nullū potuit habere prouentum. Posset alicui id mirum videri, cur propheta monet populum vt ponāt super corda eorum, ea quæ faciunt & patiuntur, cum illa non possint non nescire? Respondeo, vere malū est, & magnum equidem, peccatorem tanta laborare cæcitate, vt non videat neq; intelligat, quibus pœnis deus visitet iniquitatem suam: flagella dei manifesta non ponunt ante oculos, velut gementes angeli dicebant: Curauimus Babylonē, & non est curata. & ab initio, percussi filios vestros frustra: & disciplinam non receperunt. Et iterum: Percussisti eos & non doluerunt: atriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti: Et sapiens in persona peccatoris inquit. Vulnerauerunt me, & non dolui: percusserunt me, & nō sensi: Magna ergo est pœna peccatoris, quādo sic cecus est, vt nō sentiat & intelligat flagella dei propter peccata sua: & verificatur de eo illud psalmistæ, Vir insipiens non cognoscet: & stultus nō intelliget hęc. Et illud: Congregata sunt super me flagella & ignoraui. (Extende si volueris, declamando ad populū.) Non ergo frustra hortatur propheta populū, vt ponant corda sua super vias suas: & agnoscant flagella dei: & sic se emendent: Alioquin assimilabuntur cani in naui gestanti lapidem in collo: cuius pondus non agnoscit, nisi cum extra nauem ejicitur: tunc lapis tra-

Haymo. Peccatores cæci. Hiere. 51. Hiere. 2. Hiere. 5. Prouer. 23 Psal. 91. Psal. 34.

pis trahit eum in profundum: Ponite ergo corda vestra super vias vestras, & cōsiderate quantam omniū rerum patiamini penuriā propter neglectum ædificium templi.

Seminastis multum.

Enumerat vias scilicet viuēdi, opera eorum, super quas debent ponere corda eorū: nam alta mēte consultando inueniēt ex plagis quibus affligūtur, se prȩterijsse mandata dei in negligendo domum dei quā non ædificabant: Nam in agro reperiunt inopiam: in ciuitate sitim, famem & frigus: in terra & mari non sentiunt lucra negotiationes, & mercaturas: vel serui non sentiunt commoda prætiorum suorum: super quibus à Moyse erudiebantur in Deuteronomio dicente: Quod si audire nolueris vocem domini dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius. & ceremonias, quas ego prȩcipio tibi hodie: veniēt super te omnes maledictiones istæ, & apprehendēt te: Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreū tuum, maledictæ reliquiæ tuȩ: Maledictus eris ingrediens, maledictus egrediens: Mittet super te dominus famem, esuriem, increpationem in omnia opera tua: Sit cœlum quod supra te est, æneum: & terra quam calcas, ferrea &c. Ergo ex defectu cibi, potus, vestimentorum, & lucri soliti aliâs prouenire (ponite super corda vestra) intelligetis hæc omnia vobis accidere: quia neglecto ædificio templi, oblatiōes, sacrificia, holocausta & alia quæ ad cultum latriæ pertinent, non perficitis: Qua re iusto dei iudicio, cum deo subtrahitis honorē debitum: facit ipse vt elementa & agri & aliæ creaturæ subtrahant nobis ministeria sua. Ideo clamat per Malachiam: Filius honorat patrem. & seruus dominū suū. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus?

Pœna peccātiū.

Deute. 28.

Malach. 1.

D & si

et si dominus ego sum, vbi est timor meus? Ergo ponite super corda vestra, q̃d nihil prospere vobis succedit, neglecto templo adeo, vt cibus & potus etiã vos non reficiant: Vultis ergo liberari ab his malis, conuertimini ad dominum deum vestrum ex toto corde vestro: ædificate templum, cultum dei erigite: & venient super vos omnes benedictiones, quæ in lege scriptæ sunt & promissæ: & abundare te faciet omnibus bonis: aperiet dominus thesaurũ suũ optimum: & benedicet cunctis operibus manuum tuarum. Et vbiq; illa inueniũtur in scripturis sacris: quæ absterrent à malo, & alliciunt ad bonum: præcipue aũt & magis concordant comminationes Leuiticæ: vbi similiter legitur: Frustra seretis sementẽ, quę ab hostibus deuorabitur: cõsumetur incassum labor vester: non proferet terra germen, ad paucitatem cuncta redigam: Comedetis & non saturabimini, & cætera.

Pœnitentiæ bene-dictio.

Deut. 28

Psalm. 86.

Leui. 26

Quod ad rem grammaticam attinet, hoc loco infinitiuis vtitur propheta אכול שתו לבוש: non enim sunt Paul vt aliqui falso exist. marunt: Et ideo pro commoditate sentẽtiæ possunt reddi. Interpres noster reddidit per præteritũ, comedistis, bibistis, operuistis: Et rectissime quidem, nam cum in continua serie ponuntur plura verba, & vnum ponitur incerto tempore, sequentia etiam si indifferentia sint, secundũ idem tempus debent explanari: Et quia hic ab initio ponitur verbũ præteriti tẽporis זרעתם seminastis: Ideo docte & erudite interpres noster verit infinitiuos per præteritum: licet non negem posse & per præsens reddi, id quòd Munsterum video fecisse: sed non ita cohærent seminastis, bibitis, comeditis, induimini. Licet R. Aben Ezra per habenoni ita explicet אכול מהם אוכלים vos comedẽtes: Sed plus demiror Sancten Pagninum, grammatica

Regula Hebraismi.

Sanctes.

tica doctissimum, velut Rhomæ eum publice pro-
fitentem audiuimus, quod per futurum vertit, come
detis, bibetis. Cum propheta hic non iubeat, vt ani-
mo reoluuant quid futurum sit, sed quòd ob negle-
ctum ædificium templi, iam essent puniti rerum pe
nuria & egestate. Id quod euidens fit ex fine prophe
tæ, vbi iubet eos mente consyderare penuriam præ-
teritam, & futuram benedictionem ac vbertatem, à
die qua inceperant ædificare: quare conferendo to-
tam prophetiam, plagę de quibus hic fit mentio po
tius præterierant, quàm futuræ erant.

Aduerte tamen ad literam, quæ videtur satis cla-
ra & liquida, quòd cum multũ seminauerint, & pa-
rum intulerint: hinc alia fuerint cõsectaria, quod pa
rum comederint, ideo non fuerint ad satietatem: ve
lut Hieron. quoq; hic intellexit: parum biberint, quia
modicum uini creuerit, ideo non ad ebrietatem bi-
berint. Et paucis prouentibus non tantum fuerit re
liqui, vt contra frigora potuerint emere sufficiẽtes
vestes quibus calefierent: Et in mercãtijs nullum lu-
crum superetat: At Rabini secius intelligunt, quem
tamen sensum doctores nostros non video attigisse:
qui illud הרבה iuxta verbum seminatis positũ ab
initio, referunt etiam ad cuncta sequentia, vt sit sen
sus: Seminastis multum, ita etiam comedistis mul-
tum: Bibistis multum, Induistis multum &c. Hoc o-
mnino voluit Ra. AbenEzra. Quoniam est tempus
inquit, quod filij hominum comedentes multum,
& tamen ipsi non saturati: Et sic bibentes multum,
& non inebriati: licet sic nõ prætereat lex naturę de
ebrietate, (mitto quæ de חם immittit, & probat q;
sit Cephulim: sufficiat regula. Cephulim deficiens
punctatur per patha, ut חם prouerb. contra in-
uenio.) Id expressius affirmat R. Salomon in Leuiti
co 26. super his verbis: Et comedetis, & non satura-

R. Aben Ezra.

R. Salom.

 bimini.

bímini. זהומארה בתוך חמעים בלחם hæc maledictío in medio intestinorum, in cibo. prosequitur septem plagas à deo comminatas: Sentiunt itaq, etiam si multum comedatur, tamen nutu dei veniat maledictio super cibum sumptum, etiam in intestinis, quo nō commode nutriat vel satiet. Fateor quod similia habebimus mox inferius. ¶ Hoc quoq scire te volo amice auditor, vbi translatio nostra habet, Operuistis, in Hebræo habet לבוש, quod proprie significat vestire, vestimenta induere, vti vulgatum est apud interpretē nostrum. Gen. 3. 27. 28. Exo. 25. Leui. 16. cum similibus: Hæc idcirco adfero, ne quis arbitretur ignorantia linguæ hic Operuistis interpretem dixisse, pro induistis, cum semper in eo significatu trāstulerit: Verum hic ad subiectam rem declinans, maluit dicere, Operuistis, propter finem qui sequitur: Et non estis calefacti: vt non solum vestimēta non calefecerint, sed nec alia tegmina & operimenta: quare generali voluit vti vocula: Id ante ipsum fecerunt Sept. pro לבוש verterūt περιεβάλεσθε.

Sic quod vltimo adiecit, de conducto pro mercede, cuius merces perit: siue de pretio intelligas, siue de lucro in mercibus, idē sensus erit. Tamen aliqui expendūt superiora dicta dominis, qui ex multo semine parū fructus colligunt: sic serui eorū de pretio & mercede pro qua cōducuntur, nihil reponēt lucri restantis: sed erit acsi reponerent pretiū in saccū foraminibus plenū: Ita enim significat Hebræa dictio נקוב hoc est, perforatum: vnde & nekeua mulier dicta est, & Makeues proprie terebrellū, faciens foramen, magis q̄ malleus. צרור aūt significat aliquid colligatū, siue sacculus sit aut quid aliud: acsi vellet dicere secundū Rabi Salomonem: Omne lucrū quod vos facitis, transijt & consumitur, sicut dans pecuniam suam in nodum vestis perforatæ: Qui enim lu- *(R. Salom.)*

crati

crati sunt aut prætium seu mercedē adepti, si diligenter volunt illud seruare, reponunt in saccum colligatum aut nodo strictum: Sed adeo nō valuit illorum diligētia, ut non plus ex lucro vel mercede retinuerint, quàm si vestis aut saccus, supra fuisset nodo ligatus, & inferi⁹ foraminibus patulus. Vnde elegantissime dixit interpres noster, sacculū pertusum, hoc est percutiendo fractum: Adeo omnino inuanū ædificat domum, nisi dominus ædificauerit eam.
Placet audire R. Salomo. cur sic puniti fuerint Iudęi in quatuor, oportet em̄ eos in quatuor peccasse: ait aūt sic: Seminastis multū, & intulistis modicū, propter iniquitatem primitiarum quę cessarunt, id est, non dederunt amplius בכורים Bicurim. Comedistis, & non ad satietatem, propter iniquitatem reprobationis מנחה oblationis similæ, present. Bibistis & non ad ebrietatem: Quod cessauit sapor vini, propterea quod cessauerunt libationes, scilicet altarium, & effusiones. Vestibus operuistis vos, et nō ad calefacere, forte (ל prętereunt interpretes quod parum faciat ad sententiam in nostris linguis) propter iniquitatem vestium sacerdotum quæ cessauerunt. Expositio illa firmari posset per communem theoricam, pro mēsura delicti, erit & plagarum modus: Conferet hæc rabina explanatio doctrinis moralibus, mox ex litera eruendis.

R. Salom.

Deute. 25.

Hæc de sensu literali iuxta communem.

ALIA EXPOSITIO TVITIEN.

Memor esto Auditor diligēs, quòd ab initio pręmisi, tres scopos esse huius prophetiæ: vt vbi in aliquem expositorum incideris, mox aduerte in quem scopum tendat, sic certius & rectius eum intelliges. Audiuimus ergo Hieronymum, cui Haymo, Hugo, Lyra & alij astipulantur, audiuimus Rabinos: Au-

diamus iam magnum illum in exponendis sacris literis virum, Rupertũ Tuitien. qui refert omnia ad tempus Christi, quando Iudæi increduli clamabãt, Nondum venisse tempus templi, hoc est dominici corporis ædificandi: Vnde magna mẽtis obstinatione, noluerunt suscipere Messiam Christum, eis in lege, psalmis & prophetis promissum. At sicut Iohannes ait, In propria venit, & sui eum non receperunt. Ergo quòd iterum est factum verbum domini ad Aggeum sic magnifice, debet intelligi vt dignum sit verbo domini, & ore prophetali. Quid ergo, Intuebimur'ne domos lapideas Iudæorum ante tot annos dirutas? Quid illæ nobis conferrent, quæ eorum patronis nihil attulerunt adiutorij? Itaque agnoscamus perniciosum Iudæorum mendacium, cum negẽt aduenisse tempus ædificãdi templum, hoc est corpus Christi: negant Christũ aduenisse iam à mille quingentis annis, asserunt sibi tamen tempus esse, vt habitẽt in domibus laqueatis, hoc est, ꝙ confidũt in iustitia legis, in foris splendẽte hypocrisi ceremoniarũ legaliũ. In quo arroganter superbiunt, contemnẽtes domum domini, quæ non sit tabulata seu laqueata, circũcisione præputij, agno paschali, hirco emissario, cinere vitulæ rufæ &c. ¶ Inueniuntur Iudæi adhuc magis temerarij, qui domos laqueatas vel patribus promittant, puta paradisi sedes & mansiones: cum reuera nulli aditus paradisi aut cœli patuit, nisi per aduentum CHRISTI: Si autem per Abraham aut Iacob pateret ingressus ad regnum cœlorum: ecce domus ista, Christi scilicet esset deserta: nemo quæreret gratiam Christi, si in Abraham, Iacob aut Dauide posset saluari. ¶ Concludẽdo his verbis significantur duo mala, quæ fecit populus Iudæorum, Primo, Me dereliquerunt fontem aquæ viui

[Margin notes: Ioh. 1. — Iudæorũ cæcitas. — Hier. 2.]

uæ: ſecundo foderũt ſibi ciſternas veteres. De primo hic dicunt, non venit tempus ædificandi templum: de ſecundo, quia habitant in domibus laqueatis: Negando enim aduentum Meſſiæ, fecerunt malum, arrogando neſcio quas domos æthereas patriarcharum, & in legalibus præſumẽdo fecerũt aliud malũ.

Seminaſtis multum, &c.

Explanemus etiam ſequentia iuxta Tuitienſem. Adaptanda ſunt illa tẽporibus Chriſti, quæ pro plaga enarrantur Iudæorũ. Verum quid ad nos fames, ſitis, vacuitas Iudæorum ante bis mille annos? Iuſte itaq; ad tempus Meſſiæ & eccleſiæ omnia referenda ſunt. O' vos Iudæi qui confiditis in iuſtitia legali operum. Conſiderate diligenter actiones veſtras, ne vobis contingat, ſicut ei qui ſeminat multum & infert parum.

Seminaſtis multam ſalutem ò vos Iudæi, Chriſtus ex Iudæis natus, apoſtoli & diſcipuli Iudæi, prędicauerunt ſalutem euangelij per orbem terrarum, multum vbiq; ſeminarunt Iudæi de euangelio, quia ſalus ex Iudæis eſt: parum autẽ intuliſtis, quòd pauci Iudæi conuerſi ſunt ad fidem per apoſtolorũ prædicationem: adeo vt Paulus conſtanter diceret: Vobis oportebat primum loqui verbum dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes: reiecti ſunt enĩ non ſuſcipientes ſemen benedictionis Chriſtum.

Ioha. 4.

Act. 13.

Sic comediſtis Iudæi, & non eſtis ſatiati: qui paleã occidentis literæ inutiliter ruminatis, non attingentes granum ſpiritus qui viuificat: nam verbum domini non habebunt Iudæi, niſi in folliculis & mẽbranulis figurarum & vmbrarum, Omnia enim in figura contingebant illis: Dimiſſis vero paleis & vmbris veteris legis, decorticatis externis cooperculis

1 Cor. 10

debebant Iudæi, ad medullam penetrasse: & sic fuissent satiati cibo spiritus: sed obtusi sunt sensus eorũ, non possunt videre faciem Moysi nisi velatam. Et in hodiernam diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum: Quia ergo Iudæi cæci & obstinati, in hunc diem non petunt, nisi siliquas cum filio prodigo: ideo non mirũ, quod non saturabũtur. An non putas Iudaizare, & siliquis pasci, qui literæ inhærent, libros euoluunt diligenter, Luteranos volo, in legendis testamentis occupatissimos: sed paleam vorant, siliquas comedunt: ideo nunquam saturabuntur, quia spiritum viuificantem, quem mater ecclesia parata esset eis exhibere, contemnũt: sed sicut veri stulti innituntur prudentiæ suæ.

2.Cor.3. *Lucæ 15.* *Prouer.3.*

Bibistis ô Iudæi in aduentu Messiæ, de fonte sacrarum scripturarum, in quo est aqua viua saliens in vitam æternam: sed legentes non intellexistis: Nonne bibebatis, cũ interrogaret vos Herodes, vbi Christus nasceretur: & vos dixistis: In Bethlehem Iudæ, sicut scriptum est per prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaq̃ minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel Bibistis quidem, sed non ad ebrietatẽ spiritus, vt vobis potuisset dixisse: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi (de ebrietate apostolica, pulchra habet ibi Tuitien.) At vos Iudæi non venistis ad nuptias Christi, quando ex aqua fecit vinum. Similiter operuistis vos Iudæi, præclaris nominibus patrum, & legalis sacerdotij titulo, ac exterioris religionis vestimẽto: sed quia pleni odio & inuidia, nõ estis calefacti à charitate: Adeo vt de præside quoq; vestro scriptum sit: Sciebat quia per inuidiam tradidissent eum. Hoc frigore omnis posteritas Iudæorũ infecta fuit, odio videlicet & inuidia nominis Christiani.

Phi.2. *Mat.2.* *Cant.5.* *Ioha.2* *Math.27.*

Sic me-

Sic merita vestra, pro lucro magni momenti cōgregata, ex obseruantia ceremonialium & legaliū præceptorum, sed misistis in sacculum pertusum: quia absq; fide Christi, opera bona omnia excidunt, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Vtcunq; ergo modo Iudæi, & à mille quingentis annis comederunt sacram scripturā Moysi, ac prophetarum, & biberunt de fonte illo, vt firmi obsistant in obseruantia præceptorum legalium (Quod etsi in obseruatiōe sabathi, & similium strenue videantur facere, tamē in hoc sunt maxime negligētes & culpabiles, vt hæreses plurimæ sint inter eos.) Tamē omnia illis non conferunt, sed potius exitiosa sunt, & damnabilia, adeo vt Christi vino inebriatus, & tritico spiritus pastus exclamaret S. Paulus: Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. At obstinati negant Christum venisse, & habitant in hunc diem in domibus laqueatis operum legalium: quare diuino sunt committendi iudicio, vsq; quo reliquiæ Israël saluæ fiant.

Rom. 3.

Gala. 5

Isa. 10

Hæc de Tutiensi.

SENSVS TROPOLOGICI, MOrales, Mystici & Anagogici, huius loci.

B Hieronymus Theologorum patriarcha, primū hunc sensum Anagogicū affert. Omne tempus quo habitatur vallis deliciarum importunum est. Hinc Stoici dixerunt tempus esse correctionis seu efficientiæ, vt Græce efferunt χρόνον εἶναι κατορθώσεως, hoc est, virtutis seu correctionis operandæ, sic enim Cicero libro 1. officiorum, appellauit katorhoma, opus virtutis. (Alludit Hieronymus ad antiquam tralationē, Iudæos ædificasse domos in conualle.) Quamdiu ergo cum Iudæis in cōualle vitiorum, voluptatum

Hiero. 1.

 habi-

habitamus & contignamus ædificia nostra varietate & frequentia deliciarum, profecto nõ poterimus ædificare templum Christo, vbi caput suũ reclinet. Sic B. Ambrosius accipit voluptuosos inferius habitare in vallestribus, quia luxuriosi quærant hypogea, sancti vero ascendunt in alta, vt Helias, Helisæus, Petrus.

2 Aliam Anagogen adfert de comedentibus & non Hiero. saturatis & cæt. Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quempiam aliqua iusta, non est tam iniustus deus, vt propter multa mala, paucorũ obliuiscatur bonorum: sed deus faciet eum etiam illa metere, quæ seminauerit in terram bonã, sed qui Prou. 13 penitus Apostata est, peribit fame, iustus autem comedens replet animam suam: Sic & iusti inebrian- Psal. 22 tur à domino, quia Calix tuus inebrians quàm præ- Gene. 43 clarus est: sicut filij Iacob, cum fratre eorum Io- Act. 2 seph: & discipuli dicebantur musto pleni. Modo veniamus ad doctrinas aliorum doctorum, nuper datas & inuentas.

3 In genere hic regula ex textu trahit, omnes eos qui proprijs negotijs impediti, & valde soliciti (etiã Regula. plus quàm opus est) promouerũt sua, neglectis operibus & seruicijs fidei, hi sunt culpabiles erga deum, ante & post baptismum. Documẽtum istud perspi- 1 cuum fiet, quando ad speciem descenderimus. Præ- Prælati lati itaq; Episcopi, Abbates, Præpositi, Curati qui ne irreligiosi. glectis diuinis officijs, religione & cultu diuino, insistunt solum temporalibus censibus & prouẽtibus, magnificas ædes construũt & delicatas: Interim vero ecclesias, altaria non exornant: religionis ac cultus diuini, salutis animarum nullam gerunt curam, Quid aliud faciunt, nisi quod habitant in domibus laqueatis & domum domini relinquunt deserta m: Hi sunt superintendentes & speculatores cæci ait Isaias

saias: Væ pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos, & alia quæ minatur Ezechiel negligentibus pastoribus: Ideo ali⁹ opportune assimilauit huiusmodi prælatos custodib⁹ dominici sepulchri: qui resurgēte & abeunte Christo, custodiebant adhuc lapides sepulchri: Sic prælati hodie Christo amisso, spiritu & religione sepositis, custodiūt solos lapides murorū, ædificiorū, censuū: Imò ita institutus est nūc immūdus mūdus, vt nullum alium reputēt bonum prælatū, nisi qui hæc insigniter auxerit: de religione nulla quæstio. O' principes principes.

Isa. 53. Eze 33.34 Hēmerlin.

His adde clerum negligentem horas canonicas, & præferentem lectionem librorum & studiū orationi: timeāt maledictionem eis comminatam. Maledictus qui facit opus domini dei negligēter (aliâs fraudulenter) filij sunt isti Naaman, qui præferebat aquas & fluuios Damasci, aquis Iordanis: & noluit in his lauari ad iussum Helisæi: sic illi proprio arbitrio præferunt lectionem literarum, aliquando etiā prophanarum, horis Canonicis ab ecclesia, afflatu spiritussancti institutis & præceptis. Væ illis. Id faciant, & quod debent non negligant: Iacet hic fundamentum breuiarij Cardinalis Cuignonij.

2 Clerus nō orās. Hier. 48 4. Reg. 5

In hunc ordinem pertinent sacerdotiorum nundinatores, prebendosi illi Curtisani, qui per omnes terras venantur beneficia: Non solliciti quis sit patronus ecclesiæ, quot animæ sint suo regimini commissæ: quis cultus deo in ecclesia persoluendus, an anniuersaria fundata, & alia pro laude & honore dei erecta, rite peragantur: hi mercenarij sunt, ad lucrum pensionum & absentiarum oculum habentes, aut forte his peiores lupi rapaces & gregem vel dispargentes aut negligentes: qui iuxta apostolum quærunt quæ sua sunt, & pietatem lucrum reputatant: Hi habitant in domibus laqueatis, & domum

3 Curtisani. Ioh. 10 Phil. 2 1. Tim.

de i

dei relinquunt desertam: non enim disputant pro fide, non scribunt ad aliorum instructionem, non docent populum, raro aut nunquam rem sacram faciunt: vix aut nunquam horas Canonicas orãt: scis

Zach. 11 quales sint isti curati: tales sicut Zacharias eos depinxit. Sume tibi vasa pastoris stulti. Ecce ego suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit, dispersum nõ quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. O' pastor & Idolũ derelinquens gregem Huiusmodi idolis plena est iã Germania. O' idola, ô idola.

4 Constituantur huc magistratus tam ecclesiastici

Magistratus. quam seculares, qui negligunt cultum dei ac religionem, aut negligentes non corrigunt: Vtcunque seruiatur deo in ecclesia contemnunt: modo honor eorũ sit saluus: hi etsi orent quotidie ad deum, sanctificetur nomen tuum: tamen nec pilum mouent pro nomine dei sanctificando: verum si quis vel verbulo læserit honorem illorum, hic nullus indignationis finis: Sic prælati quorum census integri permittunt à Lutteranis, silent etiam si tota religio ab ecclesia eximatur, licet ad eos pertineat prouisio ecclesię: Sic magistratus in locis Luteranis & Zuinglianis per-

Luterani mittit frangi imagines, amburi tabulas, fœdari picturas, dirui altaria, & templum dei velut stabulum omni ornatu exui, nullis luminibus splẽdescere, vasis sacris ac reliquijs spoliari, vt vere de eis conqueratur dominus: Vos habitatis in domibus laqueatis, & domus mea deserta: quotidie enim domibus eorũ nouus accedit aliquis ornatus, etiam peregrinus: Templo autem dei quotidie aliquid adimitur, semper superest in oculis Iudæ quod subtrahendum iudicet:

Ioh. 12. non quidem quod eis cura sit de pauperibus, sed quia loculos habent: Quanto melior erat Dauid dicens

ad Na

ad Nathan. Videsne quod ego habito in domo cedri na, & arca dei posita sit in medio pellium seu cortinæ: Dolebat pijßimus rex se inhabitare elegantiorem domum, quàm haberet arca domini, in qua solum erat vrna mãnæ, panes propositionis, quanto prætiosiori domo existimasset iam dignam arcam corpus & sanguinem domini habentem.

4. Reg. 7.

Disce præterea, deum remunerare magna prosperitate & omnium rerum copia ædificantes templa, ornantes ecclesias, & ampliãtes cultum diuinũ: vt liquido affirmat propheta inferius. A die qua fundamenta iacta sunt templi domini, ponite super cor vestrum, ex ista die benedicam. Contra vero impedientes cultum dei, & ornatum templorum, hos affligit omniũ rerum penuria, & nihil prosperatur in manibus eorum: quia seminant multum, & inferũt parum: respiciunt ad amplius, & fit minus: Inferũt in horrea, & deus exufflat: quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisq; in domũ suam: propter hoc prohibiti sunt cœli, ne darent rorem: & terra prohibita est, ne daret germẽ suum: & vocaui siccitatem super montes, super vinum, super oleum, super triticum, & super quæcunque profert humus, & super omnem laborem manuũ. Ponamus & nos super corda nostra, quanta fuit fœlicitas, ac omniũ rerum vbertas ante triginta annos, Non in vna tantum prouincia, sed per vniuersam Germaniam: Cõtra vero iam dirutis templis, spoliatis ecclesiis, extincto cultu dei, refrigescente charitate multorum, vide quanta sit omnium rerum inopia, quàm valida fames & penuria omnium frumentorum, & omnium pulmentariorum quæ veniunt in victum hominis: an non duplo plus venditur vinum iam vltra viginti annos, quàm antea solebat vendi: & hoc non in vna tantum prouincia, sed per vniuersam Germaniam.

Agg. 2.

Templa ornantes fœlices.

Agg. 1.

Fames in Germania olim fertili.

maniā: Inſpice Rhenum, Nicerum, Danubium, Onū, Salam, Albim, Moſellā, & interroga patres tuos, & verū fatebere: Ponamus cor ſup ſolis carnibus, quot milia florenorum in ſolo ducatu Bauarico à plebe pē duntur plus annuatim, quàm ante viginti annos, cū vna libra excreuerit in denariū, & alicubi plus: fac rationem Centenarij, & deprehendes mox me verū dixiſſe: Ita perge per ſingula: & videbis manifeſtā plagam dei: & nemo eſt qui conſideret, nemo eſt qui emendet, nemo eſt qui pilo melior factus ſit: Imò quotidie incrudeſcunt ſacrilegia, blaſphemiæ, impietates, hæreſes, vt vere de nobis Germanis dicere poſſit deus: fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperūt: Quot præclaris ciuitatibus Germaniæ poteſt dicere deus hoc Sophoniæ. Væ prouocatrix & redempta ciuitas, columba: Non audiuit vocem, & non ſuſcepit diſciplinam: In domino non eſt confiſa, ad deum ſuum non appropinquauit. Et iterum, Neſciuit autem iniquus confuſionem. Quod ſi deus iratus, adeò obiurgauit Iudęos per Hieremiā: quia in templo, vbi inuocatum erat nomē domini, fecerunt abominationes, & iactabant ſe propterea liberatos, quid faciet ſchiſmaticis Zuinglianis, gloriātibus in deſolatione & ſpolio eccleſiarum. Ego ego ſum, ego vidi, dicit dominus. Iterum: Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit dominus. Nonne ſe metipſos in confuſione vultis ſui. Ideo hæc dicit dominus. Ecce furor meus, & indignatio mea cōflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper fruges terræ. Hæc ſatis experti ſumus in Germania: Sed non fuit in vobis qui reuerteretur ad me dicit dominus. Quid futurū eſt cū deus inuenerit eos incorrigibiles? Hoc quod in Leuitico ait. Sin autem ne ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra: & conteram

Hier.2. Soph.3. Hier.7. Agg.2 Leui.26

tàm superbiam duriciæ vestræ. Væ væ Germaniæ, si non à tot hæresibus, erroribus, apostasiis, schismatibus, rebellionibus, impietatibus, auaricijs, superbijs & lauticijs resipuerit.

DOCTRINAE MORALES in specie.

Seminant multum, & parum inferunt. Qui assidue prædicant, sed auditores verbo scandalizant, vel quia vanam gloriam quærunt: Qui enim solum quęrunt auram popularem, & plebis applausum, nihil inferunt in horrea domini: verum cum curant, vt illis dicant placentia, plus amittunt, quàm deo lucrentur: & dum auide venantur κενοδοξίαν propriam, amittunt gloriam dei. Intuere Germaniam, vbi vnquam plus seminatum fuit Euangelij (ita enim gloriantur) & minus Euãgelici fructus inuenies: sed cur hoc? quia parum inferunt. — *a* — Isa. 30 — Inanem gloriam

Comedunt, & non saturantur curiosi auditores verbi diuini, nam nec illis propositum est impinguari à pane vitæ & sanæ doctrinæ: verum illa hauriũt & deuorant, quæ conueniunt adinuentionibus suis prauis, & malis desiderijs: quicquid enim stolidæ scientiæ retinent, non est quæ ædificat, sed inflat: Ita videas hodie turgidos laycos Luteranos & Zuinglianos, qui sibi mire placent in nouis dogmatis, vbi sacerdotio, vbi sacramentis, vbi cultui diuino, vbi consuetudini ecclesię, vbi autoritati conciliorum & sanctorum patrum detrahitur: paleis habent ventres repletos, & ora vomitu: Iactant quidem se famescere ad verbum dei: sed quid illis contingit, velut Amos ait: Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini. Ita hodie omnes clamant, Euangelium, Euangelium, Verbum domini, sed quid fiet? Commouebuntur à mari — *a* — 1. Cor. 8 — Amos 8

mari vſq; ad mare, & ab Aquilone circuibũt vſq; ad orientem, quærentes verbum domini, & non inueniunt: quia vacuos & vanos aſciſcũt magiſtros prurientes auribus iuxta apoſtolum, & à veritate auditum auertunt, & ad fabulas conuertuntur. Sic impoſtura deceptorum, verbũ domini, quod manet in æternum, abijt in fabulas. (1.Tim.4)

3 Bibent & non ad ebrietatem, qui non bibunt aquam ſalutaris ſapientiæ, & ſalientis in vitam æternam: ſed aquã ſapientiæ terrenæ quæ magis fœdat, & quam acceperunt de ciſternis veteribus, quas denuo foderũt, hoc eſt ex antiquis dogmatibus hæreticorum: Iam enim putei dudum obtecti & impleti Hæreticorum, Pauperum de Lugduno, Catharorum Capharnaitarum, Hufs, Vuickleff, Vigilantij & aliorum hæreticorum, iterum effodiuntur: Imò ea reuerentia qua prophetæ & apoſtoli excipiũtur. Haymo ad non operantẽ refert, qui bibit ſcientiam agẽdorum, & tamen non agit, neq; opere adimplet. (Eccli.15; Ioh.4; Putei hæreticorũ; Haymo.)

4 Operiunt & non calefiunt, qui ſuſcipiunt ſapientiam diuinam, ſed tepide agẽdo eam amittunt. Aut qui bona quidem faciunt: & ſic extrinſecus ſe operiunt aſpectu bonorum operum, ſed illa faciunt in hypocriſi & mendacio: Habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuitandos docet apoſtolus: Operiunt ſe noſtri Luterani inani ſtrepitu & iactatione verbi dei, quod tamen lacerant ac deprauant: ideo ab eo non calefiũt. Prætextu quoq; immundorum pauperum & libertatis Euangelicæ plurimos ſeduxerunt, at pauperes non multũ ab illis calefiunt, & eorum ſubditi quotidie nouis oneribus & exactionibus premuntur. (1.Tim.3)

5 Congregant mercedem in ſacculum pertuſum, qui bonis operibus ſe onerant: verum illud faciunt ſine charitate, ideo opera iſta non ſunt meritoria:

Non

Nō poterit illa seruare vsq; in diem Iudicij, quia per poros sacci excidunt etiam opera virtutum, dum ad ostentationem fiunt, aut si quis de rapina aut iniuste quæsitis vellet eleemosynā facere: Si enī quis fidem haberet, vt montes transferret: charitatē aūt non haberet, nihil esset: Quare volens bene & vtiliter operari, ante omnia habeat vestem nuptialē charitatem: quia illa sola, ait Augustinus, diuidit inter filios lucis & perditionis. Sacculus itaque integer est, & minime perforatus, animus hominis charitate vestitus.

1.Cor.14

Mat. 22

August.

Conclude ex omnibus, deum aliquando flagellare homines, vt nolentes compellat ad opus templi ædificandi, hoc est ad opera deo placentia facienda: Quo fit, vt etiam boni patiantur mala & crucem, vt salua mente redigant corpus in seruitutē: Imo deus permittit aliquādo bonos impediri in opere sibi bene placito, ait Lyra, velut hic impediebantur Iudæi ab ædificatione templi. At hoc deus permittit, vt iusti in bono proposito perseuerantes impellat ad maius meritum consequendum. Hæc de versibus istis sufficiant.

6

Impediri in bono.

HEBR.

כֹּה אָמַר יְהֹוָה צְבָאוֹת
שִׂימוּ לְבַבְכֶם עַל
דַּרְכֵיכֶם ׃ עֲלוּ הָהָר
וַהֲבֵאתֶם עֵץ וּבְנוּ
הַבָּיִת וְאֶרְצֶה בּוֹ
וְאֶכָּבֵד אָמַר יְהֹוָה ׃
פָּנֹה אֶל הַרְבֵּה וְהִנֵּה

GRAE. SEPT.

τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὰς ὁδοὺς ὑμῶν. ἀνάβητε εἰς τὸ ὄρος, καὶ κόψατε ξύλα καὶ οἰκοδομήσετε τὸν οἶκον. καὶ εὐδοκήσω ἐν αὐτῷ καὶ ἐνδοξασθήσομαι εἶπεν κύριος. Ἐπεβλέψατε εἰς πολλά, καὶ ἐγένετο ὀλίγα, καὶ εἰσηνέγκατε εἰς τὸν οἶκον, καὶ ἐξεφύσησα αὐτά. διὰ τοῦτο, λέγει κύριος τῶν δυνάμεων. ἀνθ' ὧν ὁ οἶκός

לְמְעָט וַהֲבֵאתֶם הַבַּיִת   μου ἔρημος ὄντος· ὑμεῖς δὲ διώκετε ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.
וְנָפַחְתִּי בוֹ יַעַן   מה

מֶה נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת יַעַן בֵּיתִי אֲשֶׁר הוּא חָרֵב
וְאַתֶּם רָצִים אִישׁ לְבֵיתוֹ ׃

Hierony. Hæc dicit dominus exercituum·Ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras: Aſcẽdite in montem, portate ligna & ædificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit dominus. Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus, & intuliſtis in domum, & exufflaui illud: quam ob cauſam dicit dominus exercituum: quia domus mea deſerta eſt, & uos feſtinatis unuſquiſq; in domum ſuam.

SVMMARIVM.

Inſtat propheta vt fidelis miniſter dei, & vrget populum ad ſeruitium dei: repetit autem priora mala, vt magis moueat & afficiat, ne credãt ſterilitatẽ & alia infortunia euenire ex curſu naturæ, ſed admonet eos, vt ponant conſyderationem ſuper vias viuẽdi, & inuenient, quòd nihil proſperé eis ſuccedat: etiamſi agri ita ſe oſtendant, vt communi iudicio plus debeant fructuum proferre, & tamen in meſſe colligendo ſemper minus inuenitur. Et vt iram deĩ

ſen-

sentiatis, etiam hoc fit, vt dum fructus collecti fuerint in horrea, tamen ibi nutu dei minuantur, ac si essent paleæ & leues folliculi. Et cur hęc omnia mala obueniunt vobis, nisi quia domus mea, templum est desertum, & vos festinatis, vt cito ædificētur domus vestrę, & curratis ad inhabitādum eas. Hoc erit autem vobis remediū aduersus hasce calamitates, si operi vos accingatis & ædificio templi, quare ascē dite montem Libani pro lignis incidendis, & afferte illa in Hierusalem, & ædificate templū, & bona volū tate illud suscipiam, & gloriosus apparebo ac reputabor in gentibus.

EXPLANATIO VBERIOR.
Ascendite in montem.

Adhortatur iterum deus populum per prophetā vt non incedant imprudentes, sine iudicio & prudē ti collatiōe rerū, ne sint sicut equus & mulus, quibus non est intellectus sed ponāt corda super vias super opera eorū, quid vis accidat, & quare expēdēdo, quo modo omnia eis infœliciter succedant. Iubet aūt eos ascēdere in montem Oecolampadius exponit Moriam, quia in eo monte ædificatum fuerit templū de quo in Homilijs nostris tomo tertio. At illud iudicio meo est distorte dictum, & contra consequentiam literæ, nam tria dicit, primo iubet ascēdere mōtem, secundo portare ligna, tertio ædificare. Et ex ordine literæ, semper posterius est finis præcedētis. Debent ergo ascendere in montem, In quem finem? vt portent ligna. Et in quem finem? vt ædificent templum. Hæc est via artis & doctrinæ, iuxta Augustini institutionem, ne sacras literas laceremus. Constat autem in Moria monte non fuisse robora aut ligna ædificijs apta, ideo rectius Haymo per montē in

Psal. 32

De dedicatione templi.

Regula.

Haymo.

 telligit

telligit Libanum,insignem cedris, vbi erãt ligna apta & conuenientia tanto ædificio: nam & Salomõ inde accepit ligna ad templum primum. Et rex Tyri Hyram dedit ei ligna præcidentibus Sidonijs,qui erant huius rei peritissimi: Iussi ergo sunt ascendere montem propter ligna afferenda ad templum. Sic scribit hic Hieronymus. Aiunt Hebræi,sola ad conti gnandũ ligna fuisse necessaria,stantibus muris post incendium Chaldaicum. Haymo refert & sequitur: At Glo.ordi.irascitur,mentiũtur Iudæi,tantum ligna fuisse necessaria. Animatus est forte glossator,autoritate Hieremiæ dicentis, Nabuzardan princeps militiæ,incendit domum domini, & domum regis, & omnem domum magnam igne combussit,& totum murum Hierusalem per circuitum destruxit. Non ergo remanserunt muri integri, post incendium, sed fuerunt diruti per Chaldæos. Conuincuntur etiam mendacij ex Esdra,nam is testatur dedisse eos pecuniam latomis & cemẽtarijs,& infra Fundato igitur à cementarijs templo domini. Non ergo antiqui muri fuerant residui,sed cementarij fundarunt:& consiliatores in epistola ad Assuerum,hoc est Cambysen, meminerunt Iudæos ædificare, extruentes muros & componentes parietes Abeant ergo Hebræi cum somnijs suis, Sept. pro portate ligna reposuerũt præcidite ligna,plus aspiciẽtes ad rem, quàm ad verba.

3.Reg.5 | Hierony. | Hier.52 | Muri non remanserunt. | 1.Esd.3 | Ibid.4

Et acceptabilis mihi erit.

Iussi sunt Iudæi ponere corda sua super vias suas, & postquam hoc fecerint,tria habuerunt in mandatis,scilicet ascendere in montẽ,portare ligna,& ædificare domum dei. Quibus adfigit deus duo grãdia, quia domus illa fit ei acceptabilis,& quod in ea glorificabitur: res est non parua in ædificio creaturæ, glori-

glorificari creatorem, In hebræo ponitur vocula ואראצה Veerseh vel veerzeh. Cuius afar est רצה q̃d significat velle, complacere, placare, omnia respiciunt voluntatem, quoniam רצון significat voluntatem, & ita hic est verbaliter positum in futuro, ac si liceret dicere, voluntabo in ea. quod alij verterunt, complacebo vt Sanctes: gratum mihi erit, vt Mũste rus, Sept. εὐδοκήσω, hoc est bonam voluntatem habebo, probabo, complacebo, Hieronymus vertit elegãter & recte, Acceptabilis mihi erit, scilicet domus, vt indicet deo etiam templa manufacta esse grata & accepta, de quo plura in doctrinis. Maxime autem omniũ acceptabilis erat domus dei, quod propitius erat exaudiendo preces hominum in templo fusas: Id quod largiter promiserat in tẽplo primo se exauditurum preces populi in loco isto, & oculos suos esse super templũ die ac nocte, & daturũ postulata.

Hierony.

Et glorificabor.

Hebraice est אכבר futurum primæ personæ à verbo כבר quod significat grauare, honorare, glorificare. Est autem hic niphal passiuum, quod indicat dagesc punctus in litera כ defectum scilicet Nun literæ indicis passiuæ, Hoc ob id adfero, vt vehementer demirer Sancten, qui hic exponit actiue, glorificabo meipsum: cũ vir doctissimus hoc faciat contra artẽ & idioma linguæ sanctæ, & immisceat reciprocum, meipsum, cum nihil huiusmodi sit in textu puro. Hieronymus exponit passiue, similiter Septuaginta ἐνδοξασθήσομαι, Similiter Helias ita exposuit in simili Exodi 14: Non tamen me præterit Ionathan in Targo parum variasse à textu, quia paraphrastes est, & non translator tantum. אתרעי לאשראה שכינתי ביה ביקר hoc est conplacitum erit (niphal à רעא volitum) ad quiescendum, habitandum

Lapsus Sanctes.

maiestatem meam in ea, in gloria. Nihil hic passiuũ infert de gloria. Porro Galatinũ reperio passuk primo quidem recte interpretari: verum mox cum adijcit ה, אכברה exponit actiue: & ה credidit esse notam fœmininã, in quo bis labitur. Quod vt gratificer linguę sanctę studiosis, ex dickduck nouerint, licet in præterito ita moueatur verbum כבד cafad masculine, כבדה cafada fœmininum, tamen in futuro non est huiusmodi motio, vt diceremus ecafod ecafoda, quoniam א a facit primam personam generis communis, quare ratione generis non est necesse affigere ה vt fiat fœmininũ, quod si etiam addatur ה in fine sine Mapik, est otiosum ה nosephes, vt Rabi Kimhi & Rabi Ab. de palmis docent: Vtrunque enim est generis cõmunis, siue dixeris אפקד vel אפקדה. Vnde Galatinus non debebat suspicari, referri fœmininum per ה finale. At sine ה lamed poal nullum recipit punctum, cum autem ה adijcitur, tunc quoque lamed poal habet punctũ. Quæ omnia bene expende, & aspice dictionem hic positã אכבד vbi non habet ה & tamen lamed poal ד habet accentum. Ex quo infertur hic deficere ה. Et ita adnotauit hic Rabi Salomon ואכבד חסר הא. Ve Ecafda deficit ה. Vis videre? legas exodũ, וררף אחריהם ואכברה בפרעה ובכל־חילו hoc est. Et persequetur post vos, & glorificabor in Pharaone & in omnĩ exercitu eius. Vbi idem verbum ponitur passiue cũ ה & non refert fœminam: Nec te moueat, quòd א punctatur hic cũ hireck, vt Kimhi adnotauit & post eum de Palmis & Coronel, id quandoque fieri in passiuis futuris, & hunc ipsum locum exodi euocant in testem: vides ergo in Exodo extare ה, hic vero non apparet: licet punctus indicat debere adesse ה. Mirum quomodo Munstero venerit in mentem, vt inseruerit textui contra omnes Hebræos ה literam

lib. 4. ca. 9

Galatini lapsus.

Exod. 14

ram

teram ex מסרה גדולה mutuatam.

Audiamus ergo Iudæos, quid significet defectus ה in verbo Ecafda: Nam Hebræi signāt numeros iuxta literas alphabeti, & quia ה est quinta litera, & significat quinq; dicit ergo hic R. Salomon, ואכבד חסר הא כנגד חמשה דברים שהין במקדש ראשון ולא היו בבקדש שני אורים ותומים ואש ושכינה ורוח הקדש כדאתא במסכת יומא Hoc est, Ecafda deficit ה, E regione quinq; rerū, quæ fuerunt in domo prima, & non fuerunt in domo secunda (in sanctitate prima & secunda) Lumina & simplicitates (hoc est iudicium quod ex irradiatiōe rationalis sacerdotalis prodibat, quando sacerdos cōsulebatur) & ignis & maiestas (diuinitas) & spiritus (scilicet propheticus) sanctus, sicut est in libro (contextu) Ioma. Illa tibi forte sunt obscura: sed addit illis lucem Galatinus, quia Talmudistæ dicant: in primo templo ignis de cœlo descendens holocaustum comburebat, sic primo offerenti Abel accidit. Similiter maiestas dei apparebat in sancta sanctorum inter Cherubim: in secundo nō est visa. Spiritus sanctus qui familiariter loquebatur prophetis in primo templo, id non fecit in secundo. Nam Aggæus, Zacharias & Malachias prophetarunt post captiuitatem, & dum templum ædificaretur, sed non in templo, nec tempore quo perfectum est templū, id enim reseruatum fuit domino prophetarū Christo Citat R. Samuel in Sanhedrin Hierosolymitano, pro quinto omisso recēset archam. Nam Hieremias sciens templum euertendum, accepit archam fœderis, & ea quæ erant in ea, scilicet vrnam mannæ, virgam Aaron, &c. & precibus suis fecit absorberi in petra: petram vero digito signans, nomen dei tetragrammaton impressit: quòd ita celatum est, vt in hunc diem inueniri non potuit.

Defectus ה quid significat.

R. Salo.

Quinq; deficiebant in templo secundo.

Galatinus postea allegat Rabi Aha ex Talmud ex libro Ioma, ad quem se remittit Rabi Salomon, qui nominat ista quinq; primi templi, archam cum propitiatorio & Cherub, ignem, dei maiestatem, spiritum sanctum, & vrim vethumim: Omitto breuitatis gratia Porchetum cap. 7. primæ partis.

Ergo redeuntes ad expositionem textus. Et glorificabor ait dominus, Non quod quicquam gloriæ dei possit accedere, quæ immensa est, æterna, & incommutabilis, velut omnia quæ in deo sunt bona, sed iuxta B. Augustini regulam, ista & huiusmodi dicunt de deo, vel propter effectũ quem deus producit, aut quia ita apparet & ostendit se hominibus, sic deus in templo isto ostendit se mirabilem & gloriosum, quod ibi celebratur iuxta ceremonias & præcepta ab eo instituta, sicut cõditor, opifex & gubernator totius machinæ mundi: & quod cæteris omnibus præstabat: In illo templo præsentãdus erat Christus: in illo templo ostendit sapientiam suam disputando adhuc puer cum legisdoctoribus: vbi postea sæpe prædicauit, vt in secundo capite fusius dicturi sumus de maiori gloria templi secũdi quàm primi. Accessit etiam hæc gloria deo, quod honorabatur in donarijs eo missis, sicut fecit Darius rex & Babylonij per manum Esdræ, sicut fecit Ptolæmeus Philadelphius & plures alij.

August. 1. Esd. 7 3. Esd. 4

Respexistis ad multum.

Explanatio est dicti superioris, seminastis multũ & intulistis parum: quoniam hoc adeo verum est, vt etiam albescentibus spicis, vt vos frumenta in manibus tenere putaretis, messuistis vacuos culmos, & inanes stipulas, vt multum frumẽti decidere à iudicio vestro, magnam habebatis spem in oculis, & tamen luctus erat in manibus, cum ad aream ventum esset.

esset. Accessit aliud malum, quod etiam collecti fru ctus in domibus, in ipsis aceruis me exufflante velut leuissimos folliculos & glumam, & ad nihilum redigente, iudicium vestrum fefellerunt: Ita quod nec in illo modico, quod intulistis in domos, fuit benedictio ait Rabi Abraham filius Esra. Et Rabi Salomon ait: Exufflaui scilicet afferēdo super illud plagam putrefactionis & verminationis. Sic Ionathas in Targo suo inquit, ומעלין אתון ליה לביתא ואנא שלח ביה מאירתא Et vos affertis in domum (ipsa frumenta) & ego mitto in ipsa maledictionem. hoc est ergo exufflare, quod maledictionem immittere, quod virtute diuina dispergitur & ad nihilum redigitur: nam deus omnia conseruat, & eo non conseruante, omnia pereunt, imò totus mundus solo nutu dei ad nihilum redigeretur.

R. Abēezi.
R. Salo.
Targum.
Exufflare.

Quam ob causam, quærit propheta causam, cur hæc omnia mala acciderint eis? est enim interrogatiue enunciandum: Et respondet quæstioni. Quia domus mea deserta est, vastata à Chaldæis: & vos non reædificatis eam, cum tamen festinetis præpopere, domos vestras erigere & ædificare. Negligētes estis in domo mea, diligentes in domibus proprijs. חרב hic & in Sophonia & concordantibus exponunt doctores pro deserto, vastato, desolato, arido, calido, & in solitudinem redacto, sicut Rabi Nat ābē Isaac testatur: ideo miror vnde Oecolampadius, relicta lectione ecclesiastica, hic verterit propter domum meam, quod ipsa solitaria: Cum domus dei nec sola fuit nec solitaria, quia nō fuit. Non entis aūt nullæ sunt qualitates, propterea doctior fuit alius, qui transtulit, quod domus mea (sola est) quæ manet deserta. Cyprianus contra Demetrianum sic legit. Eò quòd domus mea deserta est, vos autem sectamini vnusquisque in domum suam.

TVITIEN. EXPOSITIO.

Tuitien. breuiter expediamus, quia prophetia illa dicta intelligitur pro tempore, quo Christus venit, quomodo iubentur ascēdere in montem & ædificare templum. Nihil aliud significatur, quàm ascēdite in mõtem, hoc est credite in Christum, qui est mons montium, credite in crucifixum, credite illum resurrexisse, & ascendisse in cœlum. Iussi ergo sunt ædificare domum dei, vt vel credendo vel alijs pronunciando numerum credentium augeamus. Vnde legentes Euangelium Matthæi per tot gradus, quot enumerantur personæ ascendimus in montem Christum, qui in summo vertice huius generationis resi det, de qua natus est Ihesus, qui vocatur Christus. Mons iste maximus est iuxta Danielis visionem, ex lapide factus, qui replet vniuersam terram. Præcidimus autem ligna, dum promissiones patriarcharũ ac prædictiones prophetarum de vẽturo Messia cõferimus, aut numerum credentium nostris sermonibus augemus, sic enim domus Christi ex viuis lapidibus construitur.

Mons Christus

Matth. 1

Dan. 2.

SENSVS MORALES ET mystici.

B. Hieronymus tropologice exponit, vt ascẽdamus montem sacrarum scripturarum, in quibus sunt varia virtutum & paradisi ligna plãtata: præcidamus ibi ligna, & bonis operibus ædificemus templũ domino, vt placeat deo, & in eo glorificetur. Ergo quia nobis hęc mandata sunt, ascendamus in montem rationabilem, & ad singula problemata, congrua de testimonijs scripturarum ligna quærentes, ædificemus ex his domum sapientiæ: cuius finis erit, vt dominus glorificetur in nobis. Hæc Hieronymi verba

Hieron.

Mons scriptura.

pro

propterea adduxi, vt cũ inquit, nobis mandata sunt, intelligi non possit, nisi de columnis & prælatis ecclesiæ: Vnde is videtur mihi sermo Hieronymi ad prælatos. Qui debent ascendere montem scripturarum. O vtinam prælati ecclesiæ hodie peterent vel conualles sacrarum literarum, & humilia, vtinam non contemnerent ascendentes in montem. Vult B. Hieronymus, eos præcidere ligna, & congrua de testimonijs scripturarum afferre dogmata. Attendite Episcopi & prælati quale onus vobis incumbit. At hæc commodius secundo capite tractabimus. Ambrosius breui manu complectitur ingentem fascem mysteriorum. Surgite de cælatis malicia domibus, & ascendite in montem scripturarum cœlestium, & cedite lignum sapientiæ, lignũ vitæ: & dirigite vias vestras, ordinate actus vestros debite, q̃d si nõ feceritis, cœlũ non dabit rorẽ, sermonẽ cœlestẽ, nec terra, anima, in terreno corpore dabit fructũ boni operis.

Prælati

Candide auditor, nosti quàm fidelis sit Eckius in tradendo, ideo breuibus complectar amplissimam segetem symbolicam. Vbi de monte occurrit mentio, circunspice & eleua oculos tuos in montes, & videbis quatuor montes desyderij, vbi copiosissime sacrarum literarum campos metere potes. Est enim mons sacrarum literarum, cuius iam meminit Hieronymus: est mons virtutum & virtuosorum, quales sunt oẽs sancti magni & prçclari viri: est mõs cõtemplationis, in quem ascendit Magdalena, ascendunt viri sublimes & admirabiles. Mons autem mõtium, est sanctus sanctorum Christus in secula benedictus. Haymo pulchre hæc breuibus complexus inquit: Ascendere in montem, est altitudinem diuinæ contemplationis, virtutum profectibus scandere, ac testimonia scripturarum quærendo incidere: sic enim deo placebit, vt glorificetur in nobis.

Montes quatuor

Deus

Deus propicius est in ecclesia, quæ accepta est ei, & in qua glorificatur: Discas itaq; fide & charitate vniri ecclesiæ: Deus enim charitas est: & non exaudiet ab ecclesiæ sanctæ consortio deficientes, in qua semper mirabilis extitit: & glorificatus est: habet'q; propitiatorium, & thronum gratiæ Christum Ihesum. Domini auditores hic spolio Aegyptium auro & argento, & superbum Philisteum Goliath Oecolampadium dearmaui gladio suo: Mirũ quod nõ erubuit, dum doctrinam istam scripsit: cum noueerit se periurum apostatam à religione Brigittina, schismaticum ab ecclesia, hæreticum in fide; suo ergo gladio iugulandus est spurius ecclesiæ: nã suo iudicio hic se condemnauit & cõplices suos Lutheranos ac Zuinglianos, qui consortium ecclesiæ deserẽtes, effecerunt, vt oratio facta sit eis in peccatum iuxta maledictionẽ Iudæ, cum crediderint extra vnicam archam, hoc est ecclesiam posse saluari.

4 Porro ædificaturi templum sapientiæ, ascendant in montem: hoc est Christum precibus cordis pulsent, & verba & exempla Christi pro lignis & materia domus suæ accipiant: Plurimum enim confert deuota oratio ad domum sapientiæ ædificandam, velut in B. Thoma Aquinate enituit: hi vero qui proprio ingenio confidunt, & non ascendunt in montẽ orando: hi dantur in præcipitia errorũ & hæresum, vt dolenter experimur nostra tempestate: Regulam apostolicam sequi consultius foret, ita enim docet Iacobus, Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Sic dedit sapientiam Salomoni, sic impleuit sapientia & scientia Beseleel: & Ooliba. Sic Zorobabelem, Danielem, & omnes prophetas ac apostolos erudiuit sapientia, quia dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. Schismatici

(Iacob. 1; Sap. 9; 3. Reg. 3; Exo. 36)

smatici nostri temporis sapientiam non habent propter eorum magnam superbiā, quia vbi humilitas, ibi sapientia, de quo aliâs plura. Pro. 11

Et hoc quoque mysterium habet, vt ædificaturi templum, ascendant montem & præcidant ligna: Sic ædificaturi domum sapientiæ diuinæ, ex montibus afferāt ligna. Ex monte data est lex Moysi: Ex monte Sion exiuit lex Euangelica, repletis apostolis spiritu sancto: Et vndecim abierunt in Gallilæam in montem, vbi constituerat illis Ihesus: & ibi commisit eis prædicationem Euangelij in vniuerso mundo. Quod si etiam ex planitie Aegypti vsurpemus aurum sapientiæ ac argentum eloquentiæ, vt pulchre Origenes explanat: Si inquā cedamus ligna philosophorum & Poëtarum in cōuallibus, quod & Paulus fecit ex Menandro, Epimenide & Arato citans versiculos, & Aristotelis sententiam, verum hæc modicis facienda sunt. præcipua enim ligna sint ex monte. Hinc plures exprobrant Sē tentiarijs, qui post Gulielmum Parisień & Altisiodō reń. scholis irrepserunt, & omnes libros de noticijs, vniuersalibus, formalitatibus, motibus, relationibus opplent, & tantum de aqua philosophica immiscent, vt vnicum Theologicum saporem suum amittat. Inutilia ergo ligna vallium relinquenda sunt, & in montem sacræ scripturæ ascendendum. Non nego tamen parce secularibus literis vtendum, velut B. Hieronymus se defendit in epistola ad magnum oratorem vrbis Romę, scio quod sapientia mittit ancillas, vt vocent ad arcem. Ancillas vtiq; humanæ sapientiæ: Scio quod Augustinus post Hilarium & Cyprianum ac Origenem inquit: Philosophi, si quæ forte vera & fidei nostræ accommoda dixerunt, non solum formidanda non sunt, sed ab eis tanquam iniustis possessoribus, in vsum nostrum vendicāda sunt, velut

Marginalia: 5 | Mons. | Exo. 20. | Mat. 28 | Orige. | 1. Cor. 15 | Tit. 1. | Act. 17. | In aliqs sententiarios. | Prou. 9.

Vti Philoſophia. velut ad longum proſequitur. Verum volo Theologum obſeruare illud tritũ Nequid nimis, velut dominus iubet. Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueriſq́; eã habere vxorem, introduces eam in domum tuam, quæ radet cęſariem, & circuncidet vngues, & deponet veſtem in qua capta eſt. Sic faciet Theologus ſi adamauerit gentiliũ ſcientiam, reſcindat ſuperflua, & quæ utilia ſunt ducat in domum ſuam: Velut & Auguſtin⁹, vbi multa ſuper ea re diſſeruiſſet, cõcludit: in his omnibus tenendum eſt, ne quid nimis: Sicut & Chriſtiani Iudices veſtem gentilium induũt, inſtitutis & legibus iudicantes gentilium, velut omnes libri Digeſtorum, & maior pars Codicis, non niſi ab ethnicis ſcripti ſunt. Aſcẽdat itaq; Theologus in montẽ ſacrę ſcripturæ, & ibi præcidat lingua pro ædificio domus ſapientiæ.

Deute.21.

Vbi ſupra cap.39.

Iure cõſulti.

6 Reſpicientes ad amplius myſtice recte intelligũtur Iudæi, qui magnifaciunt iuſtificationem operũ legalium, contemnentes iuſtificari per fidem Chriſti: quia credetis amplius eſſe opus veſtrum, quàm fidem: & in illis operibus legis cõſtituitis iuſtitiam, iuxta quod Paulus inquit: ignorantes dei iuſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitię dei non ſunt ſubiecti: Et ideo quia opera Iudæorum fide vacua fuerunt, & illata in domũ, exufflauit illa deus, diſperſis Iudęis cum operibus ſuis per vniuerſum mundum.

Rom.10.

7 B. Hieronymus hanc adfert Tropologiam: Significari hic eos, qui ab initio vitæ vel religionis magnã ſpem perhibent profectus, & totum fit contrariũ: vt qui fuerint ſtudioſi diſcipuli, fiant torpentes magiſtri: & nouitij qui videbãtur bene religioſi, adulti facti laſciuiant. Quoties vidi ego (dicit Hiero.) tam in doctrina quàm conuerſatione, de quibuſdam ſperata plurima: & poſtquam ventum eſt, vt haberent tẽ-

Hiero.

pus messium, idest tempus docendi, vitamq; suam in exemplum præbere populorum, de excelso præcipitatos & minus inuentum in eis, quàm opinio omnium sibi promittebat: vnde accidit, vt paulatim negligentia subrepente, paruumq; ipsum quod videbatur habere perderet. sed cur talia perpessi sunt? Quia securi fuerunt in pristinis domibus suis, ingenio cõfidentes, & laudatæ semel professionis nec ascenderunt montem scripturarum, nec extruxerunt in se quotidie domum domini: sed despicientes eius desolationẽ, etiam id quod habere se credebant, perdiderunt: ita euenit in Ambrosio Blarer dum regulam Benedictinorum profiteretur Albertisparchij, quid nõ promittebãt sibi Monachi de illo iuuene, cum sit monasteriorum exterminium? Plura exempla recensere odiosum est: quanto felicius acturum fuisset cum Blarero, si deus egisset cum eo, vt in Sapiente inquit: Raptus est, ne malitia immutaret intellectum eius. Sapien. 4.

Concludendo dicamus, In vniuersum deo displicere, quando contempta gloria domini, reiecto dei timore, proprius fastus & honor quęritur, & ea quę dei sunt & ad salutem animarum attinent, negligũtur: Cur tot conuentus frustra fiunt, etiã in his quæ sunt fidei, tam imperio, quàm in specialibus comitijs. Episcopi & prælati sua quærunt, & mordicus tenent ea quę lucella adferunt: quę ad deũ pertinẽt, susq; deq; faciunt. Iam centenis annis vẽtilata est liberi cõcilij generalis cõgregatio, tam sępe promissi, in hunc diem non exhibiti: Bellacibus pontificibus aliqui culpam tribuunt alij Cardinalibus & Curiæ officialibus. Noui ego plures integerrimos viros ex ordine purpuratorũ & Cardineo senatu, qui nihil magis in votis habebant, q̃ vt cogeretur œcomenicum concilium, Spero tantam gloriã celebrã-

di cōcilij reſeruatam eſſe domino noſtro Paulo III. Ponti. Max. ideo præterita æſtate cohortatus ſum per literas ſanctitatem ſuam ad hoc Heroicum negocium, vt teneat quod habet, ne alter accipiat gloriam ſuam. Deū oremus, vt hanc faciat eccleſiæ ſuæ gratiam vt noſtris ſeculis videamus generale concilium, ad dei honorem, & fidei ac eccleſiæ exaltationem. Hæc hactenus videamus appendicem textus præcedentis.

HEBR.

עַל כֵּן עֲלֵיכֶם כָּלְאוּ שָׁמַיִם מִטָּל וְהָאָרֶץ כָּלְאָה יְבוּלָהּ׃ וָאֶקְרָא חֹרֶב עַל הָאָרֶץ וְעַל הֶהָרִים וְעַל הַדָּגָן וְעַל הַתִּירוֹשׁ וְעַל הַיִּצְהָר וְעַל אֲשֶׁר תּוֹצִיא הָאֲדָמָה וְעַל הָאָדָם וְעַל הַבְּהֵמָה וְעַל כָּל יְגִיעַ כַּפָּיִם

GRAEC. SEPT.

Διὰ τοῦτο ἀνέξει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ δρόσου, καὶ ἡ γῆ ὑποστελεῖται τὰ ἐκφόρια αὐτῆς, καὶ ἐπάξω ῥομφαίαν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ ἐπὶ τὸν σῖτον, καὶ ἐπὶ τὸν οἶνον, καὶ ἐπὶ τὸ ἔλαιον, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ τὰ κτήνη, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πόνους τῶν χειρῶν αὐτῶν.

Propter hoc prohibiti ſunt ſuper uos cœli, ne darent rorem, & terra cōtinuit germen ſuum: Et uocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper mōtes, & ſuper triticum, & ſuper uinum, & ſuper oleum, & quæcūq; profert humus, & ſuper homines,

mines,& super iumenta,& super omnē laborem manuum.

SVMMARIVM.

Appendix ista cohæret præcedenti: & explicat quasi causam vel modum, quomodo deus exufflet & sterilitatē faciat: quoniam inquit, ego prohibeo cælos, ne dent rorem super terram, qui mire fœcundat terræ nascentia & fruges plusquam imber: Similiter terra ita exiccabitur in fontibus abyssi, quòd semina fructuū non proferet, nec germinabit. Tanta erit siccitas, humore superno & infimo sublato, in montibus, vbi tñ meliores fructus & herbæ magis salutares solent crescere: vt hęc noceat tritico, vino & oleo, plus alijs ad sustentationem hominis necessarijs, quamuis & aliorum terræ nascentium magna erit sterilitas. Quo futurum est, vt ex penuria ciborum calamitas ista pertingat & ad homines, ad pecora, & opera manuū hominum.

EXPOSITIO PROLIXIOR.

B.Hieronymus intelligit istum textū: Si cęli prohibentur dare rorem, qui est minutus humor, quanto magis denegabunt pluuiam, quo agri humectarentur: Et terra cōtinuit germen, hoc est, quando recepit semen, non germinat segetem, sed deuorat & absumit semen, & auaro sinu retinet, ne fructū proferat. Ecce causam tantæ & inauditę sterilitatis, cuius supra meminit propheta. Deficiente autem humiditate, quæ est mater fructificationis, tunc terra & montes non proferent vinum, triticum, oleum & alia. Auget autem admonitionē, & plurimum ponderis ei addit propheta, cum vocem dei viuentis inducit: Et vocaui siccitatē. Quis vocauit? deus, qui vo-

Hiero.

Ro.4. cat ea quæ non sunt, sicut ea quæ sunt: vnde non syderibus, aut constellationibus seu magnis cōiunctionibus id tribuatis, quod Planetarij ac Genethliaci faciunt, sed maximi dei imperio ac vocatiōi tribuatis, cuius dicere est facere: quare summi tonantis vocem expauescite: eius mandatis parete, ac iussibus obedite, tunc magnas illas calamitates vitabitis. Psalmo.32

Haymo. Vocata autem siccitate super fructibus, vocatur etiam super homines vltimo, inquit Haymo: quoniam præcedentē fame, profecto super homines & iumenta mors venit. Hæc omnia plenius continentur in maledictionibus in Leuitico & Deuteronomio: nam post magnam aëris intemperiem & corruptionem, sequitur pestilentia & interitus hominum & iumentorum. Leui.26. Deutro.33

Textus iste facilis est, non habet ossa: nam est expositio præcedentium: solum paucula adnotare placuit ad literam: Prohibiti sunt cæli: à quo prohibiti? A deo vocante siccitatem: & cæli obediunt vocationi dei: illud prohibere appellāt Theologi nostri, suspendere. Cum enim nulla creatura quicquam possit agere ex subordinatione causarum, non agente prima causa, quoniam sine ipso factum est nihil: Vnde omnium creaturarū actio ex deo pendet (vt fuse in Commentarijs physicis descripsimus Acroasum libro septimo.) Tunc autem deus dicitur suspendere actionem causæ inferioris, quando nō coagit: sicut dum ignis in camino pueros tres non adurebat: hoc fuit, quia deus suspendit actionem ignis, hoc est, nō coēgit, vt operaretur. Ad hunc modum loquēdi, hic inquit propheta, prohibitos esse cęlos, hoc est, etiam si secundum naturæ influentiam cæli dedissent rorē & pluuiam, tamē deus prohibuit, actionem eorum suspendit: quia ad eorum actionē non coēgit. Et hoc significanter indicat vox hæbraica וכלאו & prohi- Suspendere. Ioh.1. Li.7. physi.q.1.

biti ſunt:Ita enim eſt propria eius ſignificantia:licet Munſterus legat,clauſi ſunt cæli, quod tamē in eun dem recidit ſenſum. Sanctes conſentit Hieronymo. Sept. verterunt ἀνέξει:ſed & ἀνέχω ſignificat prohibe re, conſurgere, & ἀνέχομαι, ſuſtinere,tolerare. Et ita expoſuit R.Salomon כלאן hoc eſt,מנען.Mena au- tē ſignificat prohibere : Non diſſentit R. Abenezra. Cauſa ſcilicet cur ſuper vos prohibiti cæli, ſecundū formā.והיו שמיך אשר על ראשך נחשת hoc eſt,& erunt cæli tui,qui ſuper caput tuū,æneí.vel in quit,ad vos ſolos erunt cæli prohibiti,non ſuper ha bitatores alios terræ: Rabi Dauid kimhi in eadē eſt ſentētia.Quoniam in terris gentium deſcendet plu- uia et ros:& ſuper vos in terris veſtris prohibiti ſunt cæli.

R,Aben ezra.

Deutr.28.

R. kimhi.

Et uocaui ſiccitatem.

Hebraice eſt חרב. Hieronymus exiſtimat, ſi ſit ſeſnekudim hoc eſt ſex punctorum, ſignificet gladi um:& ita tranſtulerunt Sept.חרב ῥομφαίαν. Si autem cum holē,חרב ſit καῦμα calor(melius) ventus vrēs, & hic ipſe verterit ſiccitatem.Auditores chariſſimi, non eſt meum, tantas componere lites: grauiſſimi ſunt autores & claſſici Hieronymus & Sept. Quan- tum vero ad lectionē mattinet, perſeuero cum ſan- cta matre eccleſia.Et vocaui ſiccitatem.vbi iuniores etiam ab eccleſia nō recedunt : Et Rabi D.kimhi ait.
גצרתי יובש על הארץ שהיה יבשה שיהיה
אוירה יבש ולא יהיה לה לחות מתחת ממי
התהום הפן מה שאמר ומתהום ריבלת תחת
Hoc eſt,præcepi ſiccitatem ſuper terram, quod fuit ſicca (arida) quod erit aër ſiccus: & non erit ei hu- mor deſubtus(vt ita dicam) de aquis abyſſi:Conuer ſio eſt,quod dixit. Et de abyſſo quieſcente infra me- minit Benedictionis Ioſeph per Moyſen, vbi terra

Deutr.33.

Deutr.33.

eius benedicitur propter fructus cælestes ex rore & abysso inferius subiacēte: Hoc autem est hic cōuersum: Cum abyssus infra nullam scaturiginem vel humorem emittat, At pro Sept. duo hic dixerimus: primo, non esse perpetuum חרב sesnekudim, gladium significare, & cum holem, calorem, æstū, siccitatē. Nam & חרב ardorem & æstum significat sesnekudim, hoc est sex punctorum, vt in Deuterono. legis: ובחרחר ובחרב & in ardore & æstu (nō me pręterit Iuniores etiā eo loco gladium trāstulisse) porro & חרב & חרב gladium significant, & ensem, vt plena est Biblia, & in pluratiuo numero חרבות dicitur: quis autem vel à limine salutans linguam sanctam, ignorat affinitatem inter Cametz & holem. Vnde & sensum mysticū super lectione Sept. allaturi sumus ex Hieronymo: Qui pulcherrime eos defendit, dicēs: licet omnis plaga quę propter peccata hominibus infertur, possit pro gladio accipi. Vnde col laudandi sunt Sept. qui ad vniuersitatem plagarum, vertendo, oculum habuerunt.

Deute. 28.

Porro volo diligētiam exhibeas auditor, vt hasce notulas non negligas. Ionathas in Thargo. pro eo quod legimus, prohibiti sunt cæli: vertit paraphrastice, propter reatum vestrū, culpam vestram, cessauerunt cęli de faciendo descēdere (Chaldaismus est) pluuiam: & terra cessauit de operando fructum. Hebraice est idem verbū prohibiti cęli, prohibita terra יבולה aūt germen, fructum & omnem prouentū terræ significat. B. Cyprianus contra Demetrianum sic legit: propterea abstinebit cælum à rore, & terra subtrahet procreationes suas: & inducam gladium super omnes labores manuum eorum. Attende pręterea, Cur specialiter montium meminerit, non vallium? forte facilis tibi occurrit responsio, quia ingruente siccitate, fructus magis pereunt in montibus

Tharg.

Cypri.

Montes salutares.

quàm in valibus, cum valles fluuijs irrigentur, & varijs humectentur fonticulorum scaturiginibus. Mótes vero ijs frequenter careant ex ratione Meteorologica (disseruimus de his in commentarijs tertio libro de Meteoris.) At altius expendamus negotium, Quia in montibus est peculiaris quędam vbertas, ad fructus saporosos & efficaces proferendos: Vina em̃ montana præeligimus vinis vallium: sic de lignis pulchris, ad fabrilem artem plus accommodatis, & durabilioribus: sic de piscibus melioribus, & omnis generis fructibus: Medici herbas libentius colligunt in montanis, quod plus virium credantur habere. Hanc autẽ gratiam, vel vt Rabi Aben Ezra ait, מגד dulcedinẽ deus abstulit à montibus, propter negligentiam populi in ædificando templo, vt essent iam æenei. Assentitur R. Dauid Kimhi: Quia sunt montes inquit, qui germinant ligna bona proferentes fructus bonos & herbas, citat ערות testimoniũ ex Deuteronomio, quod ante eum R. Abenezra adduxerat. Deut.33 ומראש הררי קדם וממגד גבעות עולם hoc est & de capite montium orientis antiquorum, & de dulcedine (fructibus suauibus) collium seculi (æternorum) Montes orientis dicit, quod montes versus orientem respicientes proferant fructus meliores, sapidiores, redolentiores, ac suauiores, & saniores, medicorum iudicio, & experientia teste.

Cum vero ad fructus peruenit, numerat triticũ, vinum & oleum, quod hæc tria præcipua sint vitã hominis sustentantia: Alios autem fructus in summa commemorat, velut meminit hic R. Dauid.

Quod propheta meminit de homine, iumẽto, & laboribus hominum: illud est consectariũ ex prioribus, vt supra ex Haymone induximus, nam aër corruptus, fructus immaturi & corrupti generant morbos in hominibus & iumentis. Vtcunq; autem obsi-

ftant homines in laboribus manuum fuarum, totũ erit in vanum, dictio יגיע proprie fatigationem fignificat, quod labore manuum quis fatigatur, quod fignificanter dixit Ionathas in Targo, ועל כל ליאות ידין hoc eft, & fuper omne fatigium manuum. nam apud Chaldæos ליאות fatigationem fignificat. Poteft autem intelligi de operibus manuũ fpeciatim de his quæ ad agricolationem fpectant, vt eft arare, fodere, prϵcidere, irrigare, fimo aut alijs impinguefcere & ftercorare, palos erigere, fepire agros, inuanum erunt ifti labores, & nihilum proficient, quoniam prohibiti funt cœli & terra, ne fructificent: Aut generatim de omnibus operibus manuum intelligas, mechanicis, quæ deus non profperabit, vt quemadmodum agricola & vinitor fruftra laborat in agris & vineis, ita etiam mechanici, & qui laboribus manuum, ex arte victum quæritant, incaffum laborabunt, quoniam deus exufflabit opera illorum, & non fœliciter eis fuccedet, excidet eñi lucrum inter manus & difparebit. Hæc ad literam iuxta communem.

Targum.

EXPOSITIO TVITIEN.

Quia difficile eft ex hiftorijs probare, fic illa contigiffe Iudæis, verum fcimus Aggæum effe prophetam, per quem vtiq; locutus eft fpiritusfanctus, & idcirco fub verbis, quibus præfentes excitabãtur & cõfortabantur, myfteria futurorum, prophetico more illum defignaffe non dubitamus. Senfus itaq; prophetϵ eft, cur multum feminatis, & parum infertis, quia videlicet, curritis ad domos veftras, mea deferta, hoc eft quia vos non quæritis iuftificari per fidẽ Chrifti, cuius corpus folum, eft domus iuftitiæ, & totius diuinitatis templum, at vos iuftitiæ eius nõ fubiecti, feftinatis vnufquifq; pro fuo arbitrio ftatuere

tuere iustitiam in operibus legalibus: propter hoc prohibiti sunt cœli, hoc est apostoli (cœli qui enarrant gloriam dei) apud vos inutiliter perdere rorem sermonis euangelici: & terra ecclesia per orbem terrarum diffusa, prohibita est vobis germinare Euangelium, quia non valet, vobis nolentibus, ad salutẽ vestram proficere, velut & per Isaiam prohibuit, Nubibus mandaui, ne super vos pluant imbrem, scilicet cœlestis doctrinæ. Tales cœli fuerunt Paulus & Barnabas, quãdo dixerunt: Vobis oportebat primũ loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes, sic enim præcepit nobis dominus. Et ita vocauit deus super obstinatos Iudęos ariditatem deuotionis: & dispersi per vniuersum orbem, ac maledilectionibus oppressi non prosperantur, subscribit Haymo.

Psal. 18

Isaiæ 5.

Act. 13

DOCTRINAE ET SENSVS mystici.

Discat hic fidelis, terram cordis sui, nullum germen vtile proferre posse, si nõ humectetur rore gratiæ diuinæ, nam exaltare liberum arbitrium, quod possit ex puris naturalibus absq; adiutorio roris cœlestis, hoc est gratię, æternã beatitudinẽ mereri, Pelagiana hæresis est, quam multis expugnarunt Augustinus & Hieronymus. Hunc rorem optauit Isaac filio suo Iacob. Det tibi deus de rore cœli. Iste est ros qui descendit in mõtem Sion, ros Hermon Interpretatur autem חרמון anathema, & significantur Iudæi, qui ob eorum cæcitatem sunt modo anathemate percussi, vt sit sensus. Gratia dei & benedictio quę fuit Iudæorum, iam anathemate percussorum, descendit in montem Sion, hoc est in ecclesiam catholicam, ex gentibus collectam, velut August. & Hiero.

Gene. 27

Psal. 132

& Cassiodorus exponunt: Aut si mauis cum Glo. & Brunone Carthusiensi interpretari Hermon lumen exaltatum, profecto in neminem rectius competet quàm in Christum: Ros ergo Hermon, gratia Christi, gratia capitis, descendit in montem Sion, in ecclesiam, in omnes fideles, omnia enim membra vegetantur à capite: præcipue autem descendit in mõtes, hoc est sublimes & admirabiles viros ecclesiæ, in martyres, confessores & virgines ac doctores. Rogemus dominum, ne cœli prohibeāt nobis hunc rorem, sed largiter effundant, quo mens nostra refrigerata temperet æstus malorum desideriorum, & fœcunda fiat germine bonorum operum.

Bruno.

Gratia capitis.

Vocaui siccitatem.

1 Discamus hic omnia creata parēre iussu dei, & vocata à deo presto sunt, & illius obediunt imperio: solus homo mandata dei contēnit, ideoq; omnia creata benedicunt & laudant dominum, solus homo cū mendaciorum patre prorumpit in blasphemias sui creatoris. Res supra admirationem. Deus vocat siccitatem & venit: Deus vocat aquas maris & veniūt: Deus vocat frumentum, & venit, vocat autem hominem, & non venit, quin potius audiēs vocem domini deambulantis in paradiso ad auram post meridiem abscondit se à facie domini dei. Extende si vis ex Augustino & Bernhardo, est locus cōmunis. Vnde inquit hic Hugo. Vos subtrahitis mihi obedientiam, & obsequia mihi debita velut creatori vestro, ideo patiamini cœlum & elemēta etiam subtrahere vobis seruitia sua.

Psal.148

Agg.1
Amos 5.
Ezech.36.

Gen.3

2 Vocauit deus gladium, vt est apud Septuaginta ῥομφαίαν: gladius dei viuus & acutus, sermo dei, ferit arentia corda hominum & corripit, quando magis diligunt in concauis domibus habitare, in vallibus munda-

Hebr.4

mundanorum desideriorum, quàm in monte, in tẽplo seruire deo, vt obiurgando dicatur eis: Nunquid tempus vobis est vt habitetis in domibus concauis voluptatum, q. d. Non est tempus, tempus esse non potest, quo peccatis seruitur: cum Stoici diffinierũt tempus esse correctionis & efficientiæ, quod signi ficantius græce dicitur χρόνον ἔχειν κατορθώσεως, hoc est virtutis operandæ & correctionis, à verbo κατορθόω vnde & Cicero libro 1. officiorum appellat opus virtutis katorthoma. Omne enim tempus quo non virtutibus, sed vitijs deseruimus, ait Hiero. perit, & quasi non fuerit, reputatur pro nihilo. Ambrosius ad Irenæum inquit, depositus in valle corporalium delectationum, non ædificat templum deo, quia non nouit tempus correctionis suæ.

Cicero.

Porro gladius iste dei venit super montes, corruptos scilicet hæreticos, qui & si non sint de montibus veris, qui sint in circuitu Hierusalem, tamẽ ob tumorem mentis, montes esse dicantur, quando se eleuãt aduersus scientiam dei & aduersus ecclesiam, & velut rana Aesopica, inflãtur superbia, si possint æquari bobus fortibus in area domini aristas sacræ scripturæ triturantibus, vt Hieronymus super Abdia inquit super illo, Superbia cordis tui extulit te (vide in homilijs tomo secũdo, dominica sexta post pascha) Gladius dei similiter fit super frumẽto, vino & oleo, quibus velut cibis blandiuntur populis in hæreticorum conciliabulis deceptis. Congrue dixeris panẽ hæreticorũ esse panẽ luctus, & mendacij, & pollutũ, & vinum eorum, fel draconum & aspidum, & oleũ eorum vanæ promissiones regni cœlestis in damnatis eorum erroribus, cum sit oleum peccatoris, quo non vult Dauid fidelis filius ecclesiæ impinguari caput suum, & hoc iustum est dei iudiciũ, cum hæretici absq; autoritate & testimonijs scriptu

4
Hæretici montes.

Pro. 20
Mala. 1

Psal. 140

pturarũ,quaſi traditione apoſtolica vt noui propheтæ, peruerſa dogmata ſibi confingunt, aut olim reprobata,ex cineribus Huſs & Vuikleff denuo reſuſcitant. Accedit autem romphæa dei ſuper labores manuum hæreticorum,hoc eſt ſuper ieiunia,obſeruationes varias,& χαμευνίας,id eſt humi dormitiões, quando per annum tribus quadrageſimis ieiũnant, quando ξηροφαγίαις ſine potu comeſtionibus,ſiccis prãdijs humiliant animas ſuas,ex Tatiani radice iſta veniunt,ſuper huiuſcemodi autem laboribus audiant:

Gal.3 Tanta paſſi ſunt ſine cauſa.Hæretici noſtri temporis ſunt cautiores, qui non prætendunt ſimulatam aliquam vitæ ſanctimoniam, ſed cum delicijs vacent, crapulis ſe ingurgitẽt,cum omni luxuria ſe polluãt, cũ neq; honeſto aut iuſto operã impendãt,ſed omnẽ cultum dei,orando,pſallendo,ad matutinas ſurgendo,ieiunando,à carnibus & nuptijs abſtinẽdo, negligant & contemnant, adhuc inueniunt infatuatum populum, adde prudentes etiam ſecundum ſæculũ, qui volũt decipi,qui talibus illuſoribus aures credulas exhibent. Vide tomo ſecundo, dominica nona poſt paſcha,homiliam primam.

5 Poſtremo B. Hieronymus intelligit de rectorib⁹ eccleſiarum,qui ædificãtes carnalem domum,prouident liberis ſuis, nepotibus ac amicis de ſtatibus rerum & amplis poſſeſſionibus ac magnificis titu-

Prælati. lis ducum, Comitum & Marchionum: & heu hoc malum irrepſit in ſedem apoſtolicam, non ſine grauiſſima eccleſiæ ac fidei iactura, quando nullibi eccleſiaſtici ſtuduerunt ad altiores ſtatus eleuare ami-

Platina cos ſuos,quàm Romani pontifices,velut apud Platinam leges,& proh dolor ſatis ſuperq; habuimus cõpertum noſtra ætate. Prælati ergo qui plus curant ditare nepotes & conſanguineos, habitant in domibus concauis & laqueatis, negligunt autem vel in

ſeipſis

ſeipſis vel alijs extruere templum dei viui: ſed potius vita & verbo ac exẽplo ſcandalizant plurimos. Addit hoc pharmacum lenitiuum Hiero. Nec hoc dicimus, quo vniuerſos generaliter incuſemus, ſed q̃d in omni officio & gradu, ſint alij qui ædificent, & alij qui deſtruant templum dei.

Aliter complectitur breui hæc omnia Hugo. Perit triticum iuſtitiæ in vi rationali, cuius elt dare vnicuiq; quod ſuũ eſt: Perit vinum, id eſt pax Chriſti in vi iraſcibili, perit oleum gaudij in concupiſcibili. Sic deſolato regno dei, quod intra eos erat, pereunt homines, humanę ac prudentes cogitationes ſancta deſideria, & iuſta opera: & omnis labor eorum fit inutilis ad vitam æternam acquirendam, hæc in hæreticis plana ſunt & aperta. Et tantum de illa appendice.

HEB.	GRAE. SEPT.
וַיִּשְׁמַע זְרֻבָּבֶל בֶּן שַׁלְתִּיאֵל וִיהוֹשֻׁעַ בֶּן יְהוֹצָדָק הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל וְכֹל שְׁאֵרִית הָעָם בְּקוֹל יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְעַל דִּבְרֵי חַגַּי הַנָּבִיא כַּאֲשֶׁר שְׁלָחוֹ יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וַיִּירְאוּ הָעָם מִפְּנֵי יְהוָה ׃ וַיֹּאמֶר חַגַּי מַלְאַךְ יְהוָה ב בְּמַלְאֲכוּת יְהוָה לָעָם	καὶ ἤκουσε ζοροβάβελ ὁ τοῦ σα- λαθιὴλ ἐκ κεφαλῆς ἰούδα. καὶ ἰη- σοῦς ὁ τοῦ ἰωσεδὲκ ἱερεὺς ὁ μέγας. καὶ πάντες οἱ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ. τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ αὐ- τῶν. καὶ τῶν λόγων τοῦ ἀγγαίου τοῦ προφήτου. καθότι ἐξαπέστει- λεν αὐτὸν κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν. πρὸς αὐτούς. καὶ ἐφοβήθη ὁ λαὸς ἀπὸ προσώπου κυρίου. καὶ εἶπεν ἀγγαῖος ὁ ἄγγελος κυρίου, ἐν ἀγγέ- λοις κυρίου τῷ λαῷ: ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν λέγει κύριος. καὶ ἐξή- γειρε κύριος τὸ πνεῦμα ζοροβά- βελ τοῦ σαλαθιὴλ. ἐκ φυλῆς ἰού- δα, καὶ τὸ πνεῦμα ἰησοῦ τοῦ ἰωσε- δὲκ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, καὶ τὸ

לֵאמֹר אֲנִי אִתְּכֶם
נְאֻם יְהוָה ׃ וַיָּעַר
יְהוָה אֶת רוּחַ זְרֻבָּבֶל
בֶּן שַׁלְתִּיאֵל פַּחַת
יְהוּדָה וְאֶת רוּחַ

πνεῦμα τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ
καὶ εἰσῆλθον, καὶ, ἐποίουν ἔργα ἐν
τῷ οἴκῳ κυρίου παντοκράτορος
θεοῦ αὐτῶν. τῇ τετράδι καὶ εἰκά-
δι τοῦ μηνὸς τοῦ ἕκτου τῷ δευ-
τέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου τοῦ βα-
σιλέως.

יְהוֹשֻׁעַ בֶּן יְהוֹצָדָק הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל וְאֶת רוּחַ כֹּל
שְׁאֵרִית הָעָם וַיָּבֹאוּ וַיַּעֲשׂוּ מְלָאכָה בְּבֵית יְהוָה
צְבָאוֹת אֱלֹהֵיהֶם ׃ בְּיוֹם עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה
לַחֹדֶשׁ בַּשִּׁשִּׁי בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם לְדָרְיָוֶשׁ הַמֶּלֶךְ ׃

Et audiuit Zorobabel filius Salathiel,
& Ihesus filius Iosedech sacerdos ma-
gnus, & omnes reliqui populi uocem
domini dei sui, & uerba prophetę, sicut
misit eum dominus deus eorũ, ad eos,
& timuit omnis populus à facie domi
ni. Et dixit Aggæus nuncius domini,
de nunciis domini populo, dicẽs: Ego
uobiscum sum, dicit dominus. Et susci
tauit dominus spiritum Zorobabel fi-
lii Salathiel ducis Iuda, & spiritum Ihe
su filii Iosedech sacerdotis magni, & spi
ritum reliquorum de omni populo:

& in-

& ingressi sunt,& faciebant opus in domo domini exercituum dei sui in die uicesima & quarta mensis in sexto mense,in anno secundo Darii regis.

SVMMARIVM.

Bis intonuerat tuba prophetica Aggæi ad populum, & liquefactum est cor audientium & auscultantium,qui obtemperarũt dei imperio, vnde mox tertia irradiatio prophetæ aduenisse creditur,in hoc die 24. mensis sexti,ideo iam nolunt verba dare, sed facto obedientiam testantur, & timorem domini. Quia audiuerunt principes & totus populus verbũ Aggæi, Imò verbum dei loquentis per prophetam. Nam crediderunt eũ missum à deo, & ideo populus timuit deum Nec vacuus fuit iste timor, quia deus per nuncium suum Aggæum certificauit eos de suā præsentia.Ego vobiscum sum dicit dominus. Et ita dei gratia præueniente excitatus est spiritus principum & totius populi, vt venirent ad locum templi ædificandi: & faciebant præparando ad ædificationem necessaria domus dei,in die vicesima & quarta mensis sexti,anno secundo Darij.

GLOSSA EXPLICATIOR.

Resectis ambagibus, mox accedamus ad textũ: tiam præcedentia parauerunt viã intelligentiæ. Audiuit ita ꝙ Zorobabel & Iosue & totus populus verba prophetæ:at de solo populo dicitur:Et timuit populus à facie domini: Non de Zorobabel aut Iesu dicitur,quod timuerint:sed audiẽtibus illis, timuit populus.Cuius rationem B.Hiero.assignat:Quoniam in Zorobabel intelligebatur Christus rex & sacerdos:

ideo

ideo de eis propter typum, non dictum est quod timuerint: Alia causa est, quia populus nondum venerat in perfectum virum, nec spiritui erat copulatus: nam perfecta charitas foris mittit timorem. Et merito timebat populus à facie domini, sciens quod facies domini est super omnes facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

1. Ioh. 4.

Psalmus 33.

Et recte quidem fecerunt omnes, quòd audierunt verbum dei: nā plures habent aures, sed non habent aures audiendi, iuxta Euangelicam tubā: sed vt Dauid inquit, aures habent & non audient: Hic autem principes cum populo audierunt vocem prophetæ: vnde feliciter eis successit, velut Hieremias inquit Sedechiæ: Audi quæso vocē domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. O felices, quibus datum est audire verbum dei obedienter, sicut hortatur propheta: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: felices qui sic verbo dei terrentur, vt obediant. Non ergo inuanum abijt sermo propheticus, sed nobilem habuit effectū, obedientiam principum & totius populi, ac ædificium templi.

Math. 13.
Luc. 8.
Psalm. 134.
Hier. 38.
Psalm. 94.

Reliquiæ populi.

Populum Iudaicum non simpliciter populum appellat, sed reliquias populi: quæ nobis veritatem historiæ insinuat: nam in tantis turbis, ac motibus bellorum, populus totus erat disiectus: nam pars gladio cecidit & bello: pars fame absumpta est: pars migrauit in Aegyptum, in Asiam minorem, in Græciam, ne cogeretur seruire Chaldæo: nam & Iudæi Ratisponenses gloriabantur se habere literas, quibus docebatur eos longo tempore ante Christum natum eò migrasse: Pars quę cum Iechonia migrauerat in Babylonem, & potissimum qui ibi nati fuerant, &

Iudæorum dispersio.

prędia ac possessiones fuerant adepti, allecti temporalium abundantia, inter Chaldæos manserunt: velut etiam successu temporis plures ascenderūt, velut Esdras & Neemias tarde ascenderunt: & Zorobabel quidem qui primus ascendit, cum quadraginta milibus, vt ferūt, rediijt ad Babylonem, & ibi mortuus est: Ita amicitiam regis Darij præposuit patriæ: iuste ergo non populus, sed reliquiæ populi nuncupantur. 1. Esd.

Rabi Dauid Kimhi sic assumit locū istum: Etiam Haggæo non prophetante, adhuc iustum erat, vt Iudæi ędificassent templum: ex eo quod viderunt, opera eorum non prosperari, & omnia eueniebant eis ad conuersionē seculi, hoc est contra cōmunem cursum mundi & naturæ: Nam sic erat eis præceptum in Thora. Non ambulate mecum in duricia, hoc est, quod sitis duræ ceruicis: quoniam hoc vergeret in malum eorum. Debent ergo quærere opera eorum, ne dicant, quod casu vel fortuito hoc malum eis euenerit. Litera nostra sic legit. Ambulaueritis mecū ex aduerso: & id quidem secundum idioma linguæ sanctæ, à קרי sed Onkelus duritiem exposuit. Leuit.

Et dixit Aggæus nuntius

domini de nuncijs domini. Magnum erat principes et populum audire prophetam: quoniam non erant de numero impiorum de quibus conquerebatur dominus apud Isaiam: Populus ad iracundiā prouocans est, & filij mendaces, & filij nolentes audire legem dei. Magnum erat populum audiendo verba Aggei, tanta esse in eum fiducia, vt vere crederent se audire vocem dei sui. Et verum credebant: quia vos non estis qui loquimini, sed spiritus vestri loquitur in vobis: Ratio autem tantæ fiduciæ erat, quia credebant Aggęum à deo missum: & ideo verba eius suscipiebant, Isa. 30.

ſcipiebant,& timuit populus à facie domini.

Ait ergo nuntius domini de nuntijs. Refert B. Hieronymus erroneam quorundam ſententiam, qui putabant Ioh. Baptiſtam, Malachiã & Aggæum fuiſſe angelos: & ob diſpenſationẽ & iuſſionem dei aſſum pſiſſe humana corpora, & inter homines conuerſatos. Augẽt probabilitatem: quoniã & filius dei creator, pro ſalute noſtra, humanũ corpus aſſumpſerit, non mirum quod angeli aſſumpſerint: præterea & Iacob arbitrantur angelum fuiſſe: & propterea ſciẽs & volens ſupplantauerit fratrem in ventre matris ſuæ. Exclamant inſuper Iohannem infantem nõ potuiſſe exultare in vtero matris Elizabeth, ſi infans tantum fuiſſet, nõ angelus. Conſequẽs autem eſt, vt cogantur dicere, omnium rationabilium vnã eſſe naturam: ſic enim Chriſtus dixerit, homines æquales angelis futuros.

Gen. 25

Lucæ 1.

Matt. 22

Origo ſententiæ eſt, quod hic Haggæus dicitur מלאך dictio aut illa polyſemos eſt, velut ἄγγελος apud græcos: nam Maleach ſignificat angelum natura, & ſignificat etiã nuntium: ſic ἄγγελος græce & nobiles illos ſpiritus ſignificat, & nũtium: ita enim fit, vt in Commentarijs noſtris Dialecticis ſuper Ariſtotele deduximus: Aliud eſt à quo nomen imponitur, & aliud ad quod eſt impoſitum: ſicut vſura ab vſu æris ſumitur ad ſignificandũ vitium peſſimum auaritiæ, vbi vltra ſortem quicquam in mutuo vero vel interpretatiuo, exigitur: Sic græce ἄγγελος ab annuntiando quidem tranſumptum eſt à verbo ἀγγέλλω, hoc eſt nuntio: verum ad nobilem illam ſubſtantiam ſuperni ſpiritus, qui eſt ſupremus nuntius, recte vſurpatur. De Hebræo autem anceps eſt ſententia, & in hunc diem nondum definita. Rabi A. Ben Ezra hic exponens pro ambaſſiatore & oratore miſſo, inquit: dictio eſt quatuor literarum, מלאך vel מ eſt noſe-

phes,

ſephes,hoc eſt litera additititia,quæ abundat: Miſkal huius adducit מלאכת opus. Hæc eſt contentio Iudæorum,an Maleach ſit primitiuum & radix per ſe, an vero à verbo לאך deducatur.

Redeamus iam vnde digreſſi ſumus: & negamus tres illos fuiſſe angelos natura: verum vt ait Haimo fuerũt angeli officio: Nam ſic etiam Chriſtus dictus eſt angelus. Iſaias nempe ait: Magni cõſilij angelus. Et Malachias appellauit Saluatorem noſtrum angelum. Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis, & angelus teſtamenti quẽ vos vultis. Expende tamen Chriſtum nuſquam abſq; inſigni epitheto dici angelum. Sic & Iohannes angelus dicitur officio ab eodẽ Malachia. Ecce ego mitto angelum meũ: et preparabit viam ante faciẽ meam. Imo qd maius dicit R. Dauid kimhi. שליח וכן כל מלאך פרו ברוב hoc eſt, et ſic omne. מלאך. Maleach, expoſitio eius frequenter miſſus, Vult ergo vſitatius eſſe in ſacris literis Maleach accipi pro miſſo & nuntio, quàm natura angelo: adfert Edes, teſtimonium de Moyſe, qui etiam dictus eſt Maleach, angelus.

Iſa.9.

Mal 3.

R.Dauid.

Nuntius de nuntiis.

Angelus de angelis, ac ſi diceres, propheta de numero prophetarum, nam vt diximus, Aggeus & reliqui, homines fuerunt natura, officio vero angeli: propterea quod populo annuntiabant voluntatem dei: Vnum errorẽ hic repellamus, ne forte excidat, vanam eſſe illorum ſententiam, qui arbitrantur vnũ & eundem prophetã fuiſſe Aggeum et Malachiam: eo quod hic ſe nominet Maleach, & poſterior propheta eodem modo Maleachi appelletur: verum etſi Eſdras duntaxat Haggæi & Zachariæ meminerit: tamen autoritate Canonica & eccleſiaſtica, agno-

Haymo.

1 Eſdr.6.

ſcitur Malachias propheta eſſe alius ab Aggęo & Zacharia, quem lapidem diutius voluimus, quoniam ipſum Malachiam gratis auditoribus prælegimus: quem aliquando cũ alijs prophetis minoribus (terret enim me maieſtas maiorum) leuigabimus & expoliemus, eos in lucem daturi, Deo aſpirante.

Ad litteram vero reſpicientes, nolo vos præterire Auditores candidiſſimi, ſic haberi in Hebræo. חגי מלאך יהוה במלאכות יהוה Hagai nuntius dei: dictio autem quæ ſequitur מלאכות alij legunt abſtractiue pro legatione, nuntiatione: Alij vero, concretiue pro nuntio: Verũ ſeptuaginta verterunt concretiue, ἐν ἀγγέλοις: & ita vertit Hieronymus: ſic vtitur eccleſia, à cuius autoritate non licet recedere: malo enim fateri inſcitiam quàm vt credã eccleſiam vel in minimo apice errare: Quare recte ſic legimus: Aggæus nuncius dei de nuncijs dei: Non quod per hoc

Hugo. inſolẽter ſe extulerit vltra alios prophetas: ſed quod eſſet vnus propheta, inter alios, non ſuper alios.

Ego uobiſcum ſum, dicit dominus.

Dominus vobiſcũ. Magna & eximia conſolatio, quia populus audiuit vocem domini ac prophetæ: & quia populus timuit à facie domini Ne auditio illa fruſtratoria, aut timor caſſus exiſtimaretur, notabile adfert vtriuſq; præmium, Aſsiſtentiam ſ. diuinam. Vt ergo ceſſet timor, & perficiatur charitas, ac deum diligant, omni inimicorum timore depoſito, pollicetur eis præſentiam. Ego vobiſcum ſum, dicit dominus: quod Ionathas pulchre reddidit in Chaldæo, מימרי בסער כן אמר יהוה hoc eſt, verbum meum in auxilium veſtrum dicit dominus. Nam nulla alia melior, nulla potentior aſſecuratio, quàm quæ fit per verbum o-

Hiero. mnipotentis. Voluit enim his verbis dicere, inquit Hieronymus: Ecce timuiſtis me, & bene feciſtis, ecce

ego

ego dabo vobis mercedem timoris vestri, & ero adiutor vester, ædificate domum meam, quæ in vobis destructa est, me constituo in medio vestri, nemo ædificationem vestram prohibere potuit. Et digne quidem huiusmodi pollicitatione remunerãtur, q̃d deo obedientes audierunt Haggæum, sicut iusserat, Audite audientes me. Psalm. 33.

Et suscitauit dominus spiritum Zorobabel.

Non sufficit audire prophetam, nec sufficit timere dominum, sed oportet quòd deus intra suscitet spiritum. Nemo venit ad me, nisi pater meus cælestis traxerit eum, cum concordantibus, est locus cõmunis. Ioh. 6. Iam ergo iuxta Hebræorum supputationẽ, XVIII. annis steterant Zorobabel & Ihesus cum populo, & non ædificarant templum. Iam vero suscitante domino ac interius inspirante, ingressi sunt locum, & faciebant opus domini, scilicet ædificando templum: Non quòd iã confestim inciperent cemẽtarij, fabri ac lapicidę, et alij artifices, sed velut Rabi David inquit. Parauerunt se ad opus, nam extruere inceperũt primum in nono mense. R. David. Voluit hoc quoque Rabi Salomon, incepisse eos facere opus domini, incidendo lapides & asseres parando. R. Salom. Et nota, quòd in litera Hebræa, etsi particula de tempore, cõmisceatur passuk & versui sequenti in continuatiõe scripturæ, tamen adfigitur & pertinet ad passuk & versum superiorem, vti etiam nos sic diuisimus & separauimus caput primum à secundo, ita enim admonet Rabi Abenezra.

In sexto mense, uicesima quarta die.

Interfunt ergo xxii. dies inter primam diem & hanc vicefimam quartam quibus populus timuit à facie domini:& hoc tempore docebantur (nam fic Hebræi habent viginti duas literas) & proficiebant ad intelligendam voluntatem dei, & in quo beneplacitum erat ei. In eodem menfe ergo quo inceperat Aggæus prophetare, licet non eodem die, inceperunt adgredi opus ædificandi templi.

Menfis fextus. At inquis, vnde fumā initium calculandi, vt fciam quis fit menfis fextus? Lyranus mouit hūc lapidem & refert quofdā dicentes, hunc menfem effe Septembrem: quia primus menfis fit Aprilis. Refert Lyra, Exo.12. quia Exodi xii. oftenderit Nifan qui concurrit cum noftro Martio, & in parte cum Aprili, habeatur & fit primus menfis apud Hebræos. Hinc iufto calculo menfis fextus effet Auguftus: nā is fextus eft à Martio: Sed opponit fortiter Lyra quia xxiiii. Augufti non fit tēpus, in quo foleant magno ædificia inchoari, ficut illud templi erat maximum: Ideo ea refidet fententia, licet Martius fit primus menfis apud Hebræos feftorum fecundum circulum anni, tamen menfis September eft fimpliciter primus menfis negotiorum, in quo creatus fuit mundus: quare concludit, fextum menfem computādum à Septembri: Et ita inceperint ędificium templi menfe fexto, hoc eft, in Februario, in eius die xxiiii. nā glifcente vere, homines fe parant ad magna ædificia.

R. Abenezra. Rabi Abenezra inferius renarrat Rabi Iofua, qui infit numerum menfium computandum ab initio regiminis Darij: & quia nefcimus quo mēfe inceperit regnare Darius, ideo non poterimus fcire, quoto R. Iofua. menfe prophetię Aggæi factæ funt. Hoc dictum reprobat R. Abenezra, & fua reprobatio reffellit etiā Lyram: ideo placet eum renarrare contra fententiam R. Iofua אמר רבי ישועה כי צוה תשיעי הוא

להתחלת מלכות דריוש ולא יהאנו מתי היה תחילת חדש מלכותו ולא דבר נכונה כי הנה כתוב בנבואת צכריה לחדש התשיעי בכסליו והנה החשבון מנישן וככה חודש ציו הוא חדש אייר Hoc eſt, dixit Rabi Ieſua. quoniā iſte nonus menſis eſt ad initium regni Darij, et non ſcimus quando fuit initium menſis regni eius. Sed non locutus eſt rationabiliter, quoniam ecce ſcriptum eſt in propheta Zacharia, in menſe nono in Caſleu. Et ecce ſupputatio eius à Niſan: & ſic eſt mēſis Zif, ipſe eſt menſis Aijr. Improbat poſtea R. Ioſua quod vult menſes computare ſecundum regimen regum, cum illud fiat ſecundum annos, vt de Salomone adfert. Zach. 7.

Sic ergo hæc contra Lyram faciunt, quoniam eodem anno prophetarunt Aggæus & Zacharias ſub eodem rege Dario: Aggæus menſe ſexto, ſeptimo & nono: Zacharias autē, menſe octauo & vndecimo: de menſe autem vndecimo ait Zacharias: In die viceſima et quarta, vndecimo menſe Sabat factum eſt verbum domini ad Zachariam &c. Et ſicut R. Aben ezra citauit ex Zacharia, vbi dicitur: Et factum eſt in anno quarto Darij regis, & factum eſt verbum domini ad Zachariam, in quarta noni menſis qui eſt Caſleu: modo Caſleu eſt nonus à Niſan, & Sabat vndecimus à Niſan. Hæc forte tibi folio Sybillæ ſunt obſcuriora: Vt tibi conſulamus, ac inoffenſe ſacras literas & Commentarios legere poſſis, paucula pro inſtitutiōe tua Optime lector adferamus, ex Strabo (is cum Haymone, Rabano, & Altuino dicitur congeſſiſſe gloſam Bybliæ quam Ordinariam appellamus) qui Kalendarium Hebraicū ſcripſit: quod etſi in præfatione teſtetur, Hebræorum computum metrice & proſa venuſtiſſime eſſe compoſitum, & eum in diuerſis mundi partibus ſatis eſſe communem: Ego etſi non indiligens ſcrutator bybliothecarum, Zach. 1. Zach. Strabus.

nō tamē memini aliud vidiſſe q̄ Strabi illius, ex cele berrimo Benedictorū cœnobio Tegerſeenſi: Paulus Germanus Zelandus in Italia in magno prętio babi tus, & epiſcopatū Foroſempronien̄. ſua eruditiōe cō ſecutus, attigit multa parte. 2. li. 8. cap. 1. & quæ Mun ſterus docte & copioſe ſcripſit annis ab hinc octo: pauca quæ proſint, delibabimus.

DE MENSIBVS HEBRAICIS & Romanis.

Menſes Hebræorum non ſunt ijdem cum menſi- 1. bus Romanis, ſed cum eis concurrunt, adeo vt nec ſi gi poſſit perpetuo vnus menſis cum alio, etiam ſi in ſtrumenta deſuper conficiantur, niſi ſingulis annis mutetur fixio in capite anni. Anno præſenti 1535. Te bet concurrit cum nouembri & decembri.

2. Hoc prouenit ex eo, quod Hebræi non incipiunt menſes ſecundū dies fixos & certos, id quod Roma ni faciūt, ſed ſecundum nouilunium, ſicut etiam mē ſes ſecundum lunationes menſurant. Gen. 1.

3. Hinc fit vt primum diem, non ſignant more Ro- mano à kalendis, kl. ſed à luna nunc nata & noua ſi- gnant ml. à molad. Interpretatur autem Molad nati uitas ſeu generatio, à verbo ילד, quod tunc luna no ua & nata appareat.

Sequitur annum Hebręorū communē, duodecim habere lunatiōes, & ita dies 354. horas 8. momēta 876 quare deficit ab anno cōmuni Romano ſeu Solari vn decim diebus. Vnde bene dicit Glo. ſi pręſenti diei de mantur vndecim dies, qualis luna ē hodie, talis erit poſt annum illo die, additis horis & minutis. Gen. 8.

4. At ſi ſic pergerent Iudæi, maximo interuallo iam populos reliquos anteuerterent, ſemper in tri- ginta tribus annis vno anno. Vnde Emboliſmus ex diuina reuelatione Moyſi oſtenſus eſt teſte Iſidoro libro

libro sexto Etymologiarum, & est hoc peculiare linguæ sanctæ, quoniam nulla alia natio habet embolismos proprio nomine designatos.

Annus itaq; embolismalis seu abundans tredecim habet lunationes, & ita dies 384. & sic superat annum Romanum in 19 diebus, vt planissimum sit annos Hebræorum esse inæquales, hoc idem in cõmunibus annis possit ostendi. 6.

Ad obseruandos autem embolismales annos, Epactæ fuerunt necessariæ & cycli decemnouenalis obseruatio, nam quoties in cyclo aureo hi reperiũtur numeri, 3.6.8.11.14.17.19. tunc annus est embolismalis, signum huius habẽt Iudæi, גוח יא יד יז יט Guch Ia Iad Ias Iet. 7.

Hebræi credunt mundum esse creatum in Septembri, quo omnia sunt plena fructibus: Hinc anni principium hic figunt: & dicitur eis mensis iste Tisri, & initium mensis caput faciunt totius anni, & celebrẽ diem habẽt, velut in omnibus Neomenijs, nisi quod Molad illius mensis dicitur ראשהשנא rosschana, caput seu initiũ anni, sicut kalendæ Ianuarij apud Romanos, & est proximũ nouilunio æquinoctiali. 8. Num. 26. Leui. 16 & 23.

Ab isto mense Tisri numerant annum Iubileũ, & alia quę tempus respiciunt, nã si in Nisan Iubileũ inciperent, tunc dobus annis caruissent frugibus. 9.

Festa autem & solennitates supputant à mense Nisan, qui iussu diuino dicitur primus mensis, scilicet festiuitatum. 10. Exo. 12.

Quod etsi in libro Genesis sit dubiũ, an à Tisri vel Nisan numerentur menses, quando dicitur secundo vel decimo mense, nam pluribus videtur ante mã datũ domini, suputatos menses à Tisri, tamen certũ est post exodũ & iussum dei numeratos menses à Nisan, vt ex Zacharia contra Lyram probauimus. 11.

Ex prædictis habes Candide auditor, cum legis 12.

quid factum esse mense sexto aut septimo, caueas ne more Romano credas esse Maium aut Iulium, & per quotam diei, intellige Lunæ ætatẽ, docet Beda.

13 Mensem vero intercalarem adnectunt vltimo mẽ si Adar, vt sic præcedat pascha: & festa maneant im mota in suis locis, de diebus autem intercalandis al tior ratio est, quàm quod paucis possit explicari: reij ciunt tamen dies abundantes in Casleu & Marchesuan, quia in illis nullum est festum, veniunt autem dies ex horis & minutis: vnde habent annum secundum ordinem, habent deficientem, habent abundantem.

14 Singulis Neomenijs, vt meminimus festũ celebrãt, Num.28 vt in Numeris præcipitur: Ex traditione tamẽ scribarum non figunt Molad si post meridiem inciderit, similiter non figunt feria quarta & sexta. Tradiderũt etiam pascha & pentecosten non figi in feriam secũdam, quartam vel sextam. Sempronieñ. parte secunda, libro tertio, cap.1. renarrat Gamalielem.

15 Hinc illa digladiatio inter Lyram & Burgeñ. Inter Græcos & Latinos de cœna domini, quo die lunæ fuerit habita, licet radix negotij sit in variatione cœli decemnouenalis, consule Paulum episcopum Forosemproniensem, quem celeberrimum Mathematicum me agnouisse & allocutum esse Romæ gaudeo.

16 Et quia per exempla iter est facile, per artem difficile. Hoc anno currente domini 1535. Coniunctio vicinior æquinoctio autumnali contigit vigesima octaua die Augusti, quatuor horis & aliquot minutis post meridiem, ideo non figũt in illo vicesimooctauo die, vnde figẽdum esset Molad in diem sequentẽ, scilicet vicesimum nonum Augusti, at occurrit aliud impedimentum: quoniam ea dies 29. Augusti fuit dies dominica, & ita feria prima, quare primum fi-

xerunt

xerunt in diem tricesimum Augusti,& de eo die ce lebrarunt Rosւhhaschana.

Sic perspicue habes,quomodo omnia festa Iudęo rum sunt mobilia,quoniam lunationes sequuntur o mni anno mobiles : Quod si aliqui sabbathum fixū affirmant,intellige in suo anno redit hebdomatim, sicut Neomenia menstruatim.

Nec hoc te prætereat, in vera lingua sancta non extare nomina mensiū propria,nisi afif,zif,etanim, & bul, q̄d ego meminerim, hinc per numeros sup putaru nt,mense secundo,tertio,quarto.

Nomina autem mensium quibus iam vtuntur, mutuati sunt Iudęi in captiuitate Babylonica:quos hic depingemus cum mensibus Romanis.Noli autē credere hic esse adæquationem mensium,sed cōcur rentiam, nam Nisan frequenter concurrit cum no stro Martio & Aprili, plus tamen cum Martio : Li cet successu temporis variatam esse velit concurren tiam istam Forosempronieñ. vt Cisleu tēpore Chri sti responderit Decembri, modo Nouembri.

TABVLA MENSIVM.

HEB.	SEV CHAL.	ROMANE.	
ניסן	Nisan	Martius.	Num.2.3.Esd.5.
אִיָּר	Iiar	Aprilis.	2.Mach.11.
סִיוָן	Siuan	Maius	Hester8.
תַּמּוּז	Tamuz	Iunius.	2.Mach.11.
אָב	Ab	Iulius.	
אֱלוּל	Elul	Augustus.	Neem.6.1.Ma.14.
תִּשְׁרִי	Tisri	Septēber.	
מַרְחֶשְׁוָן	Marhesuan	October.	

Za.2.Nu.1.1.Ma.1	כִּסְלֵיו	kisleu	Nouēber.
Hester 2.	טֵבֵת	Tebet	Decēber.
Zac.1.1.Mac.16	שְׁבַּת	Sebat	Ianuarius.
1.Esd.6. Hest.3	אֲדָר	Adar	Februarius

וְאֲדָר In Embolismo. Veadar.

Et ne quid desideres amicissime auditor, accipe tabulam mensium Aegyptiacorum (nam Aegyptus mater est artium ait Beda) & Græcorum.

Aegyptiaci.	Latini.	Græci.
7 Phamenoth	3 Martius	4 δίςρος
8 Pharmuti	4 Aprilis	5 ξανθικός
9 Pachon	5 Maius	6 ἀρτεμίσιος
10 Pauni	6 Iunius	7 δέσιος, δόσκρος
11 Epiphi	7 Iulius	8 χάνιμος
12 Mesore	8 Augustus	9 λῶος
1 Thot 4.kal.Sept.	9 September	10 γορδιαῖος
2 Phaophi	10 October	11 ὑπερβεριταῖος
3 Athyr	11 Nouēber	12 δῖος
4 Choiac	12 December	1 ἐλαφηβολιών
5 Tybi	1 Ian.cal.suis	2 πυχίων
6 Mechyr	2 Februarius	3 θαργηλιών

Ex Beda de natura rerum, & ex Paulo Forisempronieñsi, probat etiam Beda ex Anatolio, eadem esse initia mensium Græcorum & Romanorum, & eundem numerum dierum habeant: secus de Aegyptijs qui quatuor dies anteuertant, nam XI. kal. aprilis fit vicesimus secundus dies distri apud Græcos, & vicesimus sextus dies phamenoth apud Aegyptios, vide Theophilum Alexandrinum.

Vides 2. Machab. 11. Xantici legendum, non xandici, & in eodem capite latina exemplaria recte legunt dioscori, melius quàm habent Græca exemplaria

plaria Διος κορινθίο hoc est, Iouis Corinthij, nam ingenue fateor me nescire, quid sibi velit Iupiter Corinthius aut quid commune habeat cum mense. Sed Iunius recte Dioscorus dicitur à geminis zodiaci, quos sol eodem mense ingreditur.

Iunius æquatos cœlo videt ire Laconas.

Castor autem & Pollux fratres Helenæ, quos stulta gentilitas credidit translatos in cœlum, & signũ imaginis geminorum incolere, velut Ouidius ad lõgum fabulam hic in Fastis narrat, post multa dicẽs: Li. 5. Fa.

Iamq́ tibi Pollux cœlum sublime patebat
Cum mea dixisti, percipe verba pater
Quod mihi das vni, cœlum partire duobus
Dimidium toto munere maius erit.

Dixerat enim antea.

At mihi pande precor
In geminos ex quo tempore Phœbus eat.
Cum totidem de mense dies superesse videbis
Quot sunt Herculei facta laboris, ait.

Cum autem Castor & Pollux dicantur dioscori, κόροι filij, Διος Iouis: recte in Machabeis ecclesia legit. In mense dioscori, id est, Iunij datam epistolam.

Aduerte porro Lector, quam varie annum inciant gentes. Nam Hebræi in vere incipiunt ab æquinoctio, Aegyptij in autumno, Græci in solsticio, Romani à bruma, velut numerorum notulæ indicant.

Et quia superius meminimus nomina mensium esse Chaldaica quatuor exceptis, etiam de illis disseramus.

אָבִיב	Asif	Martius	Exo. 13. & 23.
צִיו	Zif uel zio	Aprilis	3. Reg. 6
אֶחָנִים		Septemb.	3. Reg. 8
בּוּל	Bul	October.	3. Reg 8. 6

אביב dicitur quod tunc omnia virent, nam אבב dicitur virens, ideo Hiero. vertit mensem nouarum frugum & Deuteronomij decimosexto, pro verno tempore: Noli arbitrari, mensem nouarum frugum dici frugibus maturis, vt lapsus est Sanctes, qui vertit Iulium, cum Exodi decimotertio, agatur de mẽse primo, in quo comedebatur agnus paschalis, sed nouarum frugum dicebatur mensis, quod tunc incipiebant, vt ita dicam spicare, & culmos emittere.

Error Sã ctes.

זיו autẽ dicitur ab amœnitate seu puritate aëris purgati per redolentiam florum, & quòd agri & arbores, & prata sint pulchra aspectu.

בול à pluuijs dicitur, sicut מבול diluuiũ. Est enim october pluuiosus.

אתנים à fortitudine & maturitate frugũ dicit.

Concludendo dicamus Aggæum prophetasse sexto mense à Nisan, qui est Elul Augustus, septimo item qui est Tisri, & nono qui est Casleu.

DE SEPTVAGESIMO ANNO Hieremiæ, vnde supputetur.

Cum hactemus omnes expositores ad literam, huc respexerint, populum male dixisse. Nondum venit tempus domus domini ædificandæ, quia iam septuagesimus annus à Hieremia prædictus præterierit. At vnde septuagesimus annus supputabitur? Et vt nodum intelligas, profecto ambiguũ, iaciam tibi aliqua eius fundamenta.

B. Hieronymus dicit septuagesimum annum desolationis templi à Hieremia vaticinatum, impletũ fuisse anno secundo Darij, & tamen à Cyro vsq; ad secundum annum Darij supputat annos quadraginta: quibus si addideris annos Nabuchodonosor & Euilmerodach & Balthasaris, qui non possunt esse pauciores 52, si non sint 62. Sic semper habebimus ad minus

ad minus nonaginta duos annos. Tribuit autem Cābysi qui & Assuerus & Artaxerxes solū octo annos. Iacobus Stapulensis omnium maxime errat, & in historijs, & in nominibus regū, & in annis regiminis. Is Chaldęis tribuit septuaginta annos regiminis, & Persis à Cyro vsq; ad sextum annum Darij 46. subtractis annis octo, quos regnauit Nabuchodonosor ante Iechoniam captum, supersunt anni 108. plus perdes hic septuagesimum quàm inuenies, præter annos sex primo Dario datos ante Cyrum. Dat autem Cyro solū viginti annos, & filio eius Artaxerxi seu Cambysi etiam 20. annos contra Hieron. & commune m. Multum erroris contraxit, quod ignorauit Artaxerxen nomen esse commune regibus Persarum, quare fœde labitur de rege Neemię &c. Nonne pudēdus error, quod ait istum Dariū Histaspis post quadraginta annos regiminis ab Alexādro occisum, cū tot reges Persarum post eum rexerint.

Matth. 16

Eusebius non longe abest à Hieronymo, qui etiā computat quadraginta annos à Cyro vsq; ad secundum annum Darij: Sed tunc Chaldęis non remanerent nisi triginta anni in illo Septuagenario, cuius oppositum ipse antea supputauit: & liber Regum cū Daniele manifeste maiorem numerum indicat: licet Beda ei subscribat, cum tamen in supputatione marginali à trāsmigratione Iechonię adferat septuaginta annos. Id vero nulla ratione defendi potest, q̄d Esdram dicit ascendisse anno septimo regis Artaxerxis Longimanu, hoc est sexaginta tribus annis posteaquam ceptum est ædificari templum sub Zorobabel & Ihesu, qui fuit nepos Esdræ. Et adhuc minus est probabile, quòd Neemiam sub anno vigesimo eiusdem regis facit ascendentem, centum videlicet & 14. annis post primum annū Cyri, quos etsi Philo admittat, tamen non solet recipi.

Eusebius.

Beda de tēporū ratione.

Iose. sub Xerxe vtrunq; reducit.

Lyra

Lyra. Lyra pluribus improbatis, contendit Septuagenarium incipiendum ab octauo anno Ioachim patris Iechoniæ: tunc enim captus fuit & factus ei tributarius. Computat autem quatuor annos Ioachim Sedechiæ decē. Et inde quinquagintaduo anni vsq; ad Cyrum, sunt anni sexagintasex: & successu temporis primo & secundo & tertio anno Cyri ascenderunt in Iudæam, vt perficerent septuagesimum annum. At cū multa conquirat, præueniendo transmigrationem, & in fine aliquos annos post Cyrum addendo: Non tamen euacuat verbum Zachariæ de Septuagesimo anno sub Dario completo. Omitto libens quæ Philo ex autoritate Metasthenis Persę adfert, qui tempore Alexandri magni scripsit. Audiamus Hebræos.

4. Reg. 24.

Li. 2. de temporibus.

HEBREAORVM CALculatio.

R. Sal. Rabi Salomon hic super Aggæo cap. primo vult, Tempus primum quo reuersi sunt sub Cyro, nō fuit nisi ad recordandum, hoc est, quod deus post septuaginta annos volebat eorum recordari, sed non dixit, de ædificando: deus ergo implendo secundum principium regni Chaldaici 70 annos, visitauit populū vt Cyró permittente ascenderent: Sed ædificatio tēpli manebat in suspenso decē & octo annis, eo quod Sedechias rex tardauit decem & octo annos ad regnum Babel: citat מר, hoc est doctorem supremū collegij, dicentem: In exilium pulsi sunt in decimonono anno: & nunc impleti sunt, scilicet à Cyro vsq; ad secundum annū Darij: sed improbat Lyra, quia ex quarto regum Sedechias solum vndecim annis mansit in regno post Ieconiam, quomodo ergo tribuit ei Salomon decem & octo annos? Sed forte is responderet

4. Reg. 25

sponderet Lyrano, Vtar iure tuo, à tempore quo incepit transmigratio sub Ioachim, vsq; ad captiuitatem Sedechiæ, fuerunt decem & octo anni, Illi erāt supplendi ab anno primo Cyri vsq; ad annum secundum Darij: Et sic à Zedechia ad Cyrum, solum numerat 52. annos, & à Cyro ad Dariū, solum 18. annos. Adstipulatur Rabi Dauid Kimhi, quia Septuagesimus annus desolationis sub Cyro, non fuit completus, sed solum septuagesimus regni Chaldaici: desolatio autem durauerat solum 52 annis: addendo ergo tres annos Cyri imperfectos, & 14. Assueri (qui nobis est Cambyses) & duos imperfectos Darij, cōpletus erit.

R. Dauid.

Liber inscriptus סדר עולם זוטא hoc est, Series mundi Abbreuiata, sic colligit: Nabuchodonosor regnauit 37. annis post captiuitatem Ieconiæ (Iehoiachin) filius eius Euilmedorach regnauit 23. annis, post hunc Baltasar 3. annis: & interfectus fuit à Cyro: & fuit 52. annus desolationis templi, & 70 regni Babylonici. Itaq; et hic autor 18 annos addit sub Persis vsq; ad completionē Septuagesimi anni: Sic Darius Medus, Cyrus, Assuerus, solum rexissent 16 annis cū 7. mensibus magorum.

Abraham Leuita Ben Dauid, sic colligit: Nabuchodonosor anno tertio regni Ioachim: In fine septē annorum Ioachim mortuus est ipse: quo mortuo ascendit Nabuchodonosor, & transtulit Ieconiā: Ascēdit dein cōtra Sedechiam anno 17. regni sui, & iterū 23. vsq; ad deuastationem tēpli fuerunt 21. anni (quod nos non dabimus) sic à templo vastato vsq; ad primum annum Cyri, sunt 49. anni: & à Cyro vsq; ad secundum annum Darij, etiam sunt 21. anni, sicq; integratur septuagesimus annus desolationis templi. forte nauseas super illa: expecta patienter Attente lector, Iam summam dabimus & medullam: nō enim

Abraham Leuita.

me præterit, quantum aberrent à vero Hebræi, quādo ad Chronica Gentilium perueniunt. Iosephum semper excipio, velut ab initio admonui: Sed rē ad amussim examinando, aduerte sequentia.

Expende primo etiā reiectis scriptoribus, In textibus ipsis magnam esse difficultatem: Nam confer ista: Hieremias præfixit 70. annos, hos annos dicit impletos scriptura in Cyro. (Hier. 52.)

(2. Par. 36.) Hieremias præfixit 70. annos vt terra celebraret sabatha sua, hoc est non coleretur: sed cum Zorobabel ascendentibus quinquaginta milibus hominum sub Cyro, non dubium ceperunt terram iterum excolere.

(2. Para. 36) Sic enim legitur in Paralip. Cunctis enim diebus desolationis terra egit sabathum vsq; dum complerentur Septuaginta anni: Anno aūt primo Cyri regis Persarum ad explendum sermonem domini quem locutus fuerat per os Hieremię: Suscitauit dominus spiritum Cyri regis qui iussit predicari in vniuerso regno suo &c. (1. Esd. 1) Clare hic affirmatur septuagesimum annum Hieremiæ sub primo anno Cyri completū: (Dan. 9.) sicut vidit Daniel: sic Iosephus Ben Goria testatur Septuagesimum annum cōpletum anno primo Cyri. libro 11. Antiquitatum cap. 1. E contra clarus & apertus est Zacharias dicens (sub secundo anno Darij) Iste septuagesimus annus est. (Zach. 7.) Et iterū, cum ieiunaretis post hos septuaginta annos &c. dixit in quarto anno Darij. Vnde Esdras noluit ascendere, nisi numero isto completo: Quare non immerito difficilis reputatur ista ambiguitas: sed pellamus has nebulas.

PRAEAMBVLA.

Pro explicatione ergo nodi huius aliqua pręmittamus: primo successionem Regum: nam Iosias rex reliquit tres filios,

IOACHAS,	IOACHIM,	SEDECHIAS,
captus est mēse III. ab Aegyptio Sellum dicitur Hieremiæ.	regnauit annis. XI. primo captꝰ & tributarius, dein captus et occisus.	alias Matathias, regnauit post nepotem Ieconiam XI. annis tributarius primum dein rebellis. Ideo obsessus, captus, oculis effossis in Babylonem ductus.
Suasu Hieremiæ.	Ieconias regnauit tribus mens. tradidit se sponte Nabuchodonosor. Incarceratus XXXVII. annis	
In Babylone nati	Salatiel alias Mesezebel.	Quæ diuersa videntur ex Esdra, consule Lyram.
	Zorobabel alias Barachia dux Iuda.	

De Nabuchodonosor hoc aduertas, Regnauit em̄ annis 45. velut ex historia Regum facile deducitur.

Anno regni sui primo ascendit Hierusalem, & cepit Ioachim regem quem sub tributo ex itinere remisit: factū est hoc quarto anno regni Ioachim: sed transacto triennio rebellauit: Iosephus dicit factū 4. anno Nabuchodonosor. [4. Reg. 24] [Li. 10. cap. 5.]

Anno septimo rursus ascendit: & rebellem regē occidit, in agrum proiecit ante portam, vt Hieremię vaticinium impleretur. Sepultura asini sepelietur. [Hiere. 22.]

Anno octauo regni sui ascendit Hierusalem & obsedit: Exeunte Ieconia rege cum matre & principi- [4. Reg. 24]

H b usca-

bus captiuus ductus est in Babylonem: et constituit pro eo regem Sedechiam.

4.Reg.25. Anno 17. regni sui ascendit contra rebellem Sedechiam: anno secundo cepit ciuitatem 18 mensibus; & regem cum populo abduxit: Ciuitatem & templum combussit in decimonono anno regni sui, Iosephus 18. ponit.

Ioseph.li. 10.cap.9. Anno 14 regni sui, ascendit in Aegyptum: & Iudæos qui confugerant ad regē Aegypti aut occidit aut in Babylonem duxit.

4.Reg.25. Anno 45. regni sui moritur, posteaquam Ieconiā 37. annis tenuerat captiuum.

Dan.5. Euilmedorach 23 annis rexit.

Lib 19. cap.12. Balthasar tribus. Verum est de regibus Chaldæis quanto tempore regnarint, variat Iosephus.

DE PERSIS.

Cùm Monarchia fuisset apud Medos, Cyrus vincens auum maternum Astyagem, transtulit imperium in Medos: Auunculum suum tamen veneratus Darium Astyagis filium, eum cōsortem regni fecit, Imo seniū veneratus præposuit: Daniel patrē Assuerū nominat nomine Medis commune.

Dan 9. Darius & Cyrus vicerunt Baldasar.

Dan.5. & 6. Darius rexit annum 1. aut sex secundū alios, Astiages dicit & filius Assueri. Cyrus tribus, aut xxx. secundum alios.

Cambyses qui et Assuerus, et Artaxerxes rexit annos 8. secundum alios 14. Secundum Iosephum 6. annis.

Hiero. Duo magi septem mensibus regnarunt Eusebio teste: Hieronymus super Daniele ait Smerden magū regnasse post Cambysen. Vide Iustinum.

Darius Histaspis filius rexit 36 annis: sub illo ædificatum templum: ceptum quidem anno 2. absolutum

tum anno sexto. Xerxes magnus Darij filius rexit xx annis: Huius filius Artaxerxes Assuerus maritus Hester: nisi xi. caput Hester velis esse autēticū q̄d asser tioni Iudęorum subscribit: sed caput illud in Hebręo nō habetur, & B. Hiero. verū iugulauit. Iosephus hūc Cyrum & Artaxerxen & Assuerum vocat maritum Hester: plures insistunt cap 1. Hester: sed Burgensis so luit Dan. 9. Galatinus refert ex libro ראשהשנה Cy rum fuisse nominatum Darium & Artaxerxen. Idem etiam fuerit Assuerus Artaxerxes & Cambyses Si militer Tertullianus libro contra Iudæos, existimat Darium hunc nostrum, sub quo ædificatum fuit tē plum, eundem esse, cuius meminurit Daniel & filiū Assueri vocat de semine Medorū, cui tribuit 19. an nos. Artaxerxi filio dat annos 40. Ocho qui & Cyrus annos 24 &c. sed reuincitur ex capitulo sequēti, vbi Dario Medo successit Cyrus Persa.

Hester. 11.
Li. 11. ca. 1.
Hester. 8.
Dan. 9.
Dan. 9.
Dan. 10.

De Captiuitate, hoc quoq; non negligendum: di uersa esse transmigrationem & Captiuitatem Iu dęorum: Eusebius & post eum Beda simpliciter aiūt Transmigrationem factam sub Ieconia, & captiui tatem sub Sedechia.

4.
Euseb.

Sequitur eorū calculo semper Transmigratiōem superare captiuitatem xi. annis, velut dum liber Re gum ait anno xxxvii. transmigrationis eleuatum Ieconiam de carcere, statuunt annum fuisse xxvi. captiuitatis: Hebraice transmigratio dicitur גולה gole Captiuitas aut חרב seu חרבה Horeb: At sic di gere, & distinctius intelliges omnia.

4. Reg. 25

Transmigratio incepit primo sub Ioachim quan do Nabuchodonosor ascendit anno primo regni sui: & capto rege, vasis pluribus asportatis, pax est fa cta, & rex dimissus, dati tamen obsides filij magna tum, inter quos fuerunt Daniel, Ananias, Azarias, Mi sael & cum his 700. bellatores fortissimi.

1.
Dan. 1.

2 Ioachim autem post triennium rebellante & tributa negante, rursus anno 7. ascendit Nabuchodonosor, cepit Hierusalem, occidit regem, & abduxit tria milia captiuorum ex his qui erant in dignitatibus, inter quos fuit Ezechiel adhuc puer.

Ioseph li. 10. cap. 6.

3 Nabuchodonosor timente, ne Ieconias memor paternæ mortis ei rebellaret, sequēti anno ascendit, obsedit Hierusalem, regem se dedentem abduxit cū matre, uxore, eunuchis, & Iudicibus terræ, ac bellatorum fortium septem millia. Artifices & Ianitores mille: Summa transmigrātium 10832. absq; vxoribus & liberis, hic iam consummata fuit transmigratio. Et quia illi hactenus sub pactionibus & concordatis, licet aliquando non bene seruatis fuerunt abducti, migrasse potius dicuntur, quàm capti.

4 Re. 24.

4 Sedechia ingrato rebellante cōtra Chaldæum, ascendit Nabuchodonosor anno 17. regni sui: qui tandem cepit ciuitatē, & regem excæcatum cum Iuda & Beniamin transtulit in Babyloniā captiuos, Hierusalem & templum incendit. Hoc initium captiuitatis seu desolationis Iudeæ: vbi templo omnino spoliato, relicti sunt tantummodo pauperes terræ vinitores & agricolæ.

4. Reg. 25.

5 Iudęis autem Gedoliam præfectum Chaldęū occidentibus, & ad auxilia regis Aegypti confugientibus, ascendit Nabuchodonosor in Aegyptū & Iudęam. Regem occidit & plures Iudæos iuxta vaticinium Hieremiæ, occidit: ac reliquam plebem ex Iudęa in Babyloniam transtulit, quam prius Nabuzardam princeps militiæ illic reliquerat, hæc consummata fuit captiuitas.

Ioseph li. 10. cap. 9.

RESOLVTIO DE SEptuagenario.

1 Primo. Si ad durationem regni Chasdim, hoc est

Chaldæorum respexerimus, recte Septuagesimus annus in Balthasare finem accepit, hoc ex præcedenti liquet, quia Nabuchodonosor regnauit quadraginta quinq; annis. Euilmerodach viginti tribus. Balthassar tribus, sunt anni 69. In septuagesimo finita est regni illius potētia. Verum hoc dixerim, Non me subscribere his qui plures reges Monarchas faciunt quàm tres: nam sic inquit dominus per Hieremiam. Ego dedi omnes terras istas in manus Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, & seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniet tempus terræ eius. Nam vicit Syriam, Iudæam, Aegyptum, Moabitas & Idumæos, ac omnia regna vicina, vt Metasthenes (aliâs Megasthenes) historicus Persa, eū gestorū magnitudine Herculi præferat. Hier. 27

De septuaginta vero annis Chaldæorum ita vaticinatus est Hieremias: Ecce ego mittam & assumā Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam super terrā istam, & seruient omnes gētes istæ regi Babylonis Septuaginta annis. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, super gentem illam iniquitatem eorum. Clare hic finem regni Babylonici indicat, & septuagenario cōcludit. Vidit hoc Isaias quoq;, loquēs de Chaldæis in captiuitatem ducentibus robustos. Et erit in die illa, in obliuionem eris ò Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius, (scio alios aliò flectere.) Hier. 25 Isa. 23

Secundo, non dubito Septuagesimum trāsmigrationis finitum esse in Babylone sub Cyro, quia hoc clare indicat textus sacræ scripturæ ex Paralipomenon, sicut supra induximus: Et incipiendo ab initio transmigrationis, patet resolutio ex præcedenti: Nā primo anno regni Nabuchodonosor incepit transmigratio, terminata in Balthasar septuagesimo anno, pro- 2 2. Pa. 36

Hiere.29 no.probatur etiã per Hieremiã scribentẽ ad reliquias seniorũ & ad sacerdotes & prophetas trãsmigrationis: Cũ inceperint cõpleri in Babylone Septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum bonum, & reducam vos ad locum istum. Visitatio autem illa facta est sub Cyro, permittente vt Zorobabel & Iesus sacerdos ascenderẽt cum quinquaginta milibus, nam ob id dictum est per Isaiam: Qui dicò Cyro, pastor meus es, & omnẽ voluntatem meã complebis, & vt intelligatur de restauratione templi, patet ex eo quod sequitur: Qui dico Hierusalem, aedificaberis: & templo, fundaberis. Et subdit: haec dicit dominus Christo meo Cyro. Iterum: Et vocaui te, nomine tuo assimilaui te. Quae omnia me mouent vnum septuagenarium in Cyro completum, toties à domino praedictum, & in Cyro collaudatũ: & ita fore impletum euidenter docet Esdras ab initio libri sui.

Isa.44

Isa.45

1.Esd.1

Nec moueor, quod aliqui multum ponderant, exitum sermonis, hoc est, tempus in quo Hieremias dixit hanc propheriam, veluti facit Stapulensis, consignans in duodecimum annum Nabuchodonosor exitum sermonis: nam primo vnde probabit hunc duodecimum annũ, si ex Hieremia 26. de quarto anno & mense quinto, concedamus ei hunc cõputũ, an ex eo poterit probare, vaticinata & scripta esse eodem anno quae in sequenti capitulo scripsit. Hoc est diuinari iuxta motum proprij cerebri, praeter autoritatem sacrae scripturae, & ecclesiae suae sanctae, vnde ea facilitate contemnitur qua probatur. Et quod omnium est efficacissimum, concesso vt fingit, exitum sermonis duodecimo anno Nabuchodonosor fuisse, tamen iuxta propriam calculationem, nihil vtilitatis inde consequitur, quod septuagesimus annus suus pertingeret ad quintũ Darij, qui nullibi probatur

Stapulen.

batur in scripturis, quod profuerit Iudæis velut primus eius annus. Adde quod negant Hebræi Cyri annos extensos vltra tertium, nam tres anni eius fuerunt concessi ait R. Dauid, & supra adduximus.

At quod ad nostrum institutum attinet, iudicamus prophetiam, Non ex tempore in quo facta est, sed pro quo fit, vnde cum Hieremias in anno quarto Ioachim inceperit vaticinari de septuagesimo anno, perseuerat semper sibi similis, numerum illum annorum fore implendum, nam nihil huiusmodi illic ponitur, quo doceamur prophetam voluisse dinumerare septuaginta annos ab illo exitu sermonis. Sicut Ionas inquit. Adhuc quadraginta dies &c. velut falsus propheta Ananias terminum commenticium duorum annorum præfixerat. Et Isaias ait: Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij &c.

Ion. 3. Hier. 28 Isa. 21.

Secundum ergo hoc dictum, ego credo, & non dubito asserere: Etiam si ratione non possem assequi illorum calculationem, scio enim quod debeo captiuare intellectũ meũ in obsequiũ fidei. Scio quod Pythagorici tantum autoritatis tribuebant præcepto ri, vt sufficeret dicere αὐτὸς ἔφη, quanto magis ego debeo credere autoritati scripturæ, imo autoritati spiritussancti, quo autore Canoci scriptores Bibliã ediderunt, non enim humanitus allata est prophetia. Quare fixæ petræ & immobili veritati adhærens, nullis disputationibus, dimoueor à vero & recto.

2. Cor. 10 2. Pet. 1

Nec tamen historica ratio nobis deest, nam si trãsmigrationem incipimus numerare à quarto anno Ioachim, quando Hieremias incepit prophetare de septuaginta annis. Ipse est primus annus Cyri, ve luti superius me minimus. Quod si magis placuerit incipere à transmigratione Ieconię, vtpote quę fuerit insignior & celebrior, non deerit nobis ratio. Nã octauo anno Nabuchodonosor captus Iechonias, &

mortuus est trigesimo septimo anno trāsmigratiōis Nabuchodonosor. Euilmerodach tribue viginti tres. Balthasar tres. Et quia licet Darius & Cyrus simul regnauerint, tamen detulit Cyrus auūculo, vt in Chaldæa regnaret, velut ex Daniele liquet, qui inquit: In anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regno Chaldæorum, vno anno regni eius, ego Daniel. Vno anno, id est primo, Hebraismus est. Posterius autem rexisse specialiter Cyrum ex eodem cum inquit: Anno tertio Cyri regis Persarum. Faciam ergo calculum hoc pacto, Nabuchodonosor anni triginta septem. Euilmerodach viginti tres. balthasar tres. Darij anni sex, qui sunt sexaginta nouem. Itaq; mortuo Dario auunculo, Cyrus solus so. titus summam imperij primo eius anno, dū impleri cepit septuagesimus annus, edictum fecit liberum esse Iudæis redire ad Hierusalem, & ædificare templum.

Dan. 9

Tertio dico de nostris doctoribus cum omni subiectione, & sub iudicio melius intelligentium, fateor paruitatem ingenij mei, cum à primo anno Cyri supputent quadraginta duos annos vsq; ad secundum annum Darij, non video quomodo septuagenarium saluent, nam Chaldæis superessent duntaxat viginti octo anni. Vnde si à prima vel secūda vel tertia inceperimus transmigratione, solus Nabuchodonosor habet plures annos: quod si ad captiuitatē Sedechiæ respiciunt, neq; sic saluabuntur, cum Nabuchodonosor ex scriptura reliquos habeat annos 26. & Balthasar 3. qui sunt 29: At concedatur eis, vt ab omnium vltima transmigratione initium supputent: vbi Nabuchodonosor anni relinquuntur 21. & tres Balthasaris: sequeretur ergo Euilmerodach tantum quatuor annos rexisse: vnde hoc probabunt, ipsi viderint.

3

Quarto

Quarto Rabinos & si non curem tueri: quos deprehendo magnis lapsibus & stultis erroribus infatuaros, tamen cum vltra Cyrum adijciunt 18. annos vsque ad secundum annum Darij vt compleantur à Sedechia 18 anni, tot enim annis Sedechias post primã transmigrationem captus est. Si mens est eorum, vt ab anno quarto Ioachim quãdo Nabuchodonosor cæpit esse infensus Iudæis, vsque ad annum primum Cyri, absoluatur primus Septuagenarius, & à Sedechia capto vsque ad annum secundum Darij alius Septuagenarius captiuitatis perficiat. (Nam pro more gentis & plaga dei obscuri sunt) non possum omnino improbare: Nam de primo Septuagenario iam asseruimus sententiã: de altero vero difficile erit eis probare Assuerum, qui & Cambyses, regnasse 14 annis: Cum Iosephus Iudæus illi tribuat tantum 6 annos regiminis, Eusebius, Hieronymus & Beda duntaxat 8. Solus Persa, & qui eum sequuntur, ei tribuunt 20. annos. ¶Hoc tamen ingenue fateor, si Rabini possent me certiorẽ reddere vel autoritate scripturarum, aut antenticis autoribus, à primo anno Cyri ad secundum annũ Darij, elapsos annos 18 huic sententiæ libentissime subscriberem: quòd vtrunque saluaret Septuagesimum, Transmigrationis & captiuitatis: Et Hieremiæ Septuagesimus cum Zacharia foret concordatus: & plurima dubia euanescerent.

Metasthenes.

Quinto, firmissime credo, & nullatenus dubito Septuagesimum annum secundo anno Darij fore terminatum: An autem sit Septuagesimus Captiuitatis vel desolationis, non sum ausus pro constanti affirmare: pro primo habeo autoritatem sacræ scripturę qua nulla est maior in orbe, ecclesia salua. Nam factum est verbum domini ad Zachariam prophetã anno secundo Darij: & dixit Angelus, iste est septuagesimus

Zach. 1.
Zach. 7.

gesimus annus: Et infra alloquitur populũ per hos septuaginta annos.

Verum de alijs non ita fidenter pronuntio. Video apud Danielem, quòd anno primo regis Darij Medi, intellexit in libris numerum annorum, de quo factus est sermo ad Hieremiam, vt complerentur desolatiõis Hierusalem Septuaginta anni: pondera eũ locutum de חרבות de desolatione, nõ solũ de transmigratione: vnde alicui posset in mentem venire, Hieremiam aliuṃ & alium posuisse Septuagesimũ in 25. & 29. capite, cuius oppositum probabile superius ostendimus.

Porrò sancti doctores ita accipiunt verba Danielis, non quòd intellexerit annos illos completos, sed statim cõplendos, & propterea prouolutus est in orationem, vt deus id opere compleret, quod per prophetam prædixerat.

Ancipitem me facit etiam hoc: nam cum à Sedechia ad Cyrum (si pro vno rege Darium & Cyrum computauerimus) habemus 52. annos, restabunt nobis adhuc 18. anni ad 70. complendum captiuitatis: Sin vero vltra Chaldæorum annos dentur Dario 6. anni, & ita à Sedechia capto ad primum Cyri erunt 58. exclusiue, & à Cyro restabunt solum 12. anni ad secundum annum Darij pro Septuagesimo perficiendo: Quem autem sequar in tanta diuersitate, non inuenio. Nodum facit vt arbitror Cyrus, qui cũ primo Persas attraxerit, mox Medos ac alios populos subiugauerit, facile adducor, vt credam eum triginta annis regnasse, vt Hiero. ait, vel 20. vt alij supputãt: sed post tot bella gesta, post monarchiam Medorũ translatã, quod post monarchiam Chaldæorũ superatam, denuo xxx. annis rexerit, nescio an illud probari possit, vel an sit probabile, virum post tot curricula bellorum, adhuc xxx. annos regnare in eo vigore

gore

gore, vt tam difficilem expeditionem & longam in Massagetas arripiat, & periculosissimo prælio se obijciat, in quo etiam occubuit, amputato eius à Thamyride regina capite, ac in vtrem sanguine plenũ immisso. Iustinus.

Si vero diceretur, Cyrum post mortem Darij tantum tribus annis regnasse in Babylone, imo in tertio occubuisse, & Cambysi darentur octo anni: iam cum primo anno Darij adiectis mẽsibus haberemus 12. annos illos, qui adijciendi erant 58. annis, & Septuagesimus captiuitatis esset inuentus.

Rides forte, quòd cum communi sententia acceptem 8 annos Cambysis, & cum eadem non accepte m xxx. annos Cyri: quod si facerem sine ratiõe, forem ridiculosissimus: at audi amãtissime Auditor, cur hunc faciã delectum. Nam nihil detraho de numero annorum quibus rexit Cyrus, qui pro ea felicitate, qua eum donauit dominus, potuit xxx. annis præfuisse regnis. At quòd tot annis Chaldæorũ regnum tenuerit, nego, imo pernego, his potissimũ adactus causis, quod Daniel, non nisi trium annorũ Cyri meminit. Et cum Cyrus tam vehemẽs esset ad subueniendum Iudæis vt mandatum eius testatur, quomodo rex tam bene animatus, xxx annis distulisset adimplere & exequi mandata sua, rex tantopere à deo collaudatus per Isaiam, vt meminimus. Portò Zorobabel ascendens sub anno primo Cyri, cœpit ædificare, vt conijcitur anno secũdo: sed iacto fundamẽto fuit ꝓhibitus à vicinis hostibus, et cessatum fuit ab opere vsq; ad secũdum annum Darij, qui fecit inquiri in bybliotheca, & inuenit in castro Ecbatanis decretum Cyri. Quòd si tam promptus & in negotium tẽpli tam propensus fuit Darius, quanto efficacius id perfecisset Cyrus, si adhuc fuisset in viuis: quare non possum induci, vt credam Cyrum Isa. 45. Dan. 10. 2. para. 36. I. Esdr. 1. 1. Esdr 6.

tot annis rexisse in Babylone, & non ędificasse templum sicut vouerat.

Quod si ąb initio vltimæ captiuitatis digeramus calculum, reliqui erunt vel 50. anni, vel 53. Vide vbi ąccipias 20. aut 17. annos.

Concludamus ergo, duplicem esse Septuagenarium Hieremiæ & Zachariæ: & vtrumque esse absolutum & consummatū: sed in tanta varietate quid videatur verisimilius, salua sanctorum patrum & cuiuslibet melius sentientis iudicio, monstrauimus.

6. Sexto, quòd aliqui ex nostris, sententiam suam confirmant ex verbis Iudęorum dicentium, quadraginta & sex annis ædificatum est templū hoc, Quare videtur approbata sententia ab initio allata, quòd anno primo Cyri ædificare cœperūt templum, sed impediti, Cyrus autem rexit triginta annis, Cambyses decem, Darij anno sexto fuit consummatum, sic enim colligitur numerus ille quadragesimus sextus annorum, vt etiam Augustinus super eo fundet sensum mysticum. Dico id nullum robur afferre sententiæ allatæ: Nam primo cum verbum sit Iudæorum, & à Iohanne non scribatur nisi narratiuę, non oportet laborare multum in his verbis, cum Iudæi soliti fuerint mentiri aduersus Christum, velut verba proxime præcedentia, Soluite templum hoc, coram cōcilio corruperunt in verbo & sensu, velut Augustinus indicat, & in hoc placet mihi Lyra.

Ioh 2. Tempus templi ędificati.

Præterea, nullus ex Hebræis colligit tantum temporis interuallum inter Cyrum & Darium, vt superius ostendimus, imò grauissimæ apud Iudæos autoritatis scriptor Iosephus testatur opera ædificij per annos nouem impedita esse vsque ąd secundum annum Darij, nam Cambyses sex annis regnauerit. Iudæi ergo vt inuidi & in Christum contumeliosi, exaggerando negotium, & ą maiori

Lib 11. cap. 2.

iori volentes arguere absurdo, hoc mendaciū Christo obiecerunt.

Adde templum Salomonis augustissimum, nam & in duplo fuit altius & longius, fuit absolutum in septem annis & septem mensibus, scriptura enim refert nobis anno quarto in mense Sif vel Zio fundatum esse templum, & in anno vndecimo in mense Bul hoc est octobri fuisse completum. Vbi obiter tē admonuerim mi charissime lector, mendam esse in vulgaris exemplaribus, nam pro Elul legas Bul; ipse est octauus mensis, Elul autem sextus: & vt supra me minimus, illa nomina Chaldaica mensium non rēpēriuntur in sacris literis ante captiuitatē Babylonicā.

3.Reg.6.

Templum vero secundum fuit inceptum anno secundo Darij, & finitum eius anno sexto, & ita in quatuor annis & sex mensibus.

i.Esd 6.

Quod si ita esset, velut nullo pacto credimus, vt opus quadraginta duobus annis fuisset intermissum, adhuc Iudæi non vere dixissent templū quadraginta sex annis ædificatū, nam cessare ab opere non est operari. Cum ergo tot annis fuerunt impediti, deprehenduntur Iudæi mendaces, cum Christo obijciunt, quadraginta sex annis templum ædificatum.

Quot annis steterit templum primum, & quot secundum, in præsentia missum facimus, forte in secūdo capite aliquid allaturi, quod iuuet. Porchetum in capite tertio dedita opera omisimus, quòd multa assumat tanquàm à Iudæis concessa, quæ ipsi nunquam admittent, tamen eum suo loco non negligemus.

EXPOSITIO TVITIEN.

Dubium de Septuagenario voluimus absoluere ante Tuitiensem, qui hic in Commentarijs non figit obtutum ad templum lapideum Iudaicum, sed ad templum Christi & sanctæ matris ecclesiæ, licet ipse ex ope-

operibus trinitatis super veteri testamento, commun nem amplectatur sententiam. Iam ergo reuertamur ad textum.

Audiuit Zorobabel dux, & Ihesus pontifex, & omnes reliquiæ populi, vocem domini dei. Zorobabel & Ihesus qui ædificarunt templum manufactū, typus fuerunt omnium qui fidem Christi susceperunt aut suscepturi sunt, templi scilicet non manufacti. Zorobabel fuit nepos Iechoniæ regis, Iesus vero sacerdos magnus. Sic omnes qui ad ædificiū spiritale regis & sacerdotis Christi, templi non manufacti pertingunt, sunt reges & sacerdotes, testatur Petrus: Vos estis genus electum, regale sacerdotiū. Et Iohannes iustorum profert vocem gratiarum actionis, Fecisti nos deo regnum & sacerdotes. Quod autem mense sexto ingressi sunt vt facerent opus in domo domini, alludit quod & sexto mense, à conceptione Iohannis, inchoatum est templum non manufactū corporis dominici. Sexto enim mense Christus ingressus est, vt templum corporis sui ex purissimis sanguinibus Mariæ ædificaret. Congruit hoc perfectioni senarij, quoniam inter omnia opera mundi nihil perfectius est corpore Christi.

1. Pet. 2.

Apo. 5.

DOCTRINAE ET SENSVS MYstici ex hoc textu.

Hiero.

Docet nos ad imitationem Zorobabel & Ihesu debere ædificare domum spiritalem in sacerdotium sanctum, & offerre spiritales hostias. Tunc excitabit in nobis spiritum suum, & faciemus opus dei, ipso vero Zorobabel Christo adiuante nos & inspirante: At vt hoc fiat, opus est timere à facie domini, & voci eius credere.

Discamus ministris dei credere, & vocem eorū velut vocem dei suscipere, velut hic populus, licet

solum audijsset Aggæum loquentem, tamen textus inquit, audiuit Zorobabel, & Ihesus, & omnes reliquiæ populi vocem dei sui, & verba prophetæ. Ita iusserat in veteri testamento per Isaiam: Audite audientes me. Ita intonat Saluator in nouo testamento, qui vos audit me audit: & qui vos spernit, me spernit. Res magna valde & deploranda. Totus populus cum principibus credidit vni prophetæ absque miraculis, & Lutherus cum complicibus suis nõ vult credere toti concilio, imo derogat autoritati omniũ conciliorum, de quo aliâs plura, stude tu ministros veritatis libenter audire.

Isa. 55.
Luc. 10.

Cernimus hic primum fructum salutiferæ prædicationis esse timorem domini, quare recte Sapiẽs inquit: Initium sapientiæ timor domini, ideo deceptus est Luder & seducit alios, quãdo negat populũ in ducendum ad timorem dei, est locus communis, & præter disputationem Lipsicam, in qua apertissime conuici Luderum erroris cum Carlostadio iam non suo. Vide in studio Camerario quæ scripsimus parte prima de pœnitentia libro primo capite quarto, & sequentibus: & parte quinta tomo quarto Homilia trigesima nona.

3.
Sap. 1.

Porro audiens verbũ dei, discit hic orare, vt deus excitet spiritum eius, sine enim tuo numine, nihil ẽ in homine, nihil est innoxium: roget vt deus doceat eum intus in corde, quod foris percipit aure, ne sit de numero illorum, de quibus Ezechiel: Audiunt sermones & non faciunt: clamemus ad deum, domine adauge nobis fidem &c. Extende vt nosti, est locus communis.

4.
Ezech. 33.

Intelligamus quantum placeat deo, vt eum timeamus, quia plurimum consolatur eos, & promittit se affuturum cum eis, vt adiutorem: sed sit deus pro nobis, & quis contra nos? qui sine timore est, non pote-

5.

rit iustificari, de quo ampliter sapiens in Ecclesiasti co, & nos in locis iam citatis.

6. Discat autem Euangelicus contionator, nō semper incutere terrorem, non semper fulmina iaciat Iupiter, sed mox lenitiuum amoris & cōsolationis adijciat. Terruerat Aggæus populū, sed mox verbo euangelico confortat: ego vobiscum sum dicit dominus. Ideo omnium concionatorum doctor Samaritanus infudit vinum & oleum: vinum correctionis austerum, & oleum vnctionis lenitiuum & roboratiuum ac sanatiuū, proferat ergo de thesauro suo noua & vetera. Extende, est locus communis.

Luc.10

Mat.13

7 Sicut Iudæis volentibus ædificare templum dei, restiterunt hostes trans flumen in Samaria, sic hodie resistunt catholicis doctoribus volētibus ædificare templum sana & impolluta doctrina: Resistūt enim veritati, sicut Iannes & Mambres, homines corrupti, mente reprobi circa fidem. Magna tamen cōsolatione refocillantur catholici, quia subditur, sed vltra non proficient, insipientia enim illorum manifesta erit omnibus.

2.Tim.3

8 Postremo disce ingredi domum dei, si vis facere opus domini. Sic ingrediatur omnis fidelis in ecclesiam. Qui autem egrediuntur, & relinquunt ecclesiam, extra quam non est salus, sicut in diluuio extra archam non erat vita, velut faciunt hæretici, schismatici, apostatæ &c. illi non possunt facere opus domini, nulla cura de ijs ad apostolicum virum, quia quæ foris sunt, nihil ad nos, sed valedicamus illis cū Iohanne: Exierunt ex nobis, quia nō erant ex nobis. Has & similes doctrinas elicere studeas prompte: & locos communes disce extendere, tunc enim dabis virum idoneum, qui prædicet verbum dei.

1.Cor.5

1.Ioh.2

CAPVT II.

HEB.	GRAE. SEPT.
בַּשְּׁבִיעִי בְּעֶשְׂרִים וְאֶחָד לַחֹדֶשׁ הָיָה דְּבַר יְהוָה בְּיַד חַגַּי הַנָּבִיא לֵאמֹר׃ אֱמָר־נָא אֶל־זְרֻבָּבֶל בֶּן שַׁלְתִּיאֵל פַּחַת יְהוּדָה וְאֶל יְהוֹשֻׁעַ בֶּן יְהוֹצָדָק הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל וְאֶל־שְׁאֵרִית הָעָם לֵאמֹר׃ מִי בָכֶם הַנִּשְׁאָר אֲשֶׁר רָאָה אֶת־ הַבַּיִת הַזֶּה בִּכְבוֹדוֹ הָרִאשׁוֹן וּמָה אַתֶּם רֹאִים אֹתוֹ עַתָּה הֲלוֹא כָמֹהוּ כְּאַיִן בְּעֵינֵיכֶם׃ וְעַתָּה חֲזַק זְרֻבָּבֶל נְאֻם יְהוָה וַחֲזַק יְהוֹשֻׁעַ בֶּן־ יְהוֹצָדָק הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל וַחֲזַק כָּל עַם הָאָרֶץ נְאֻם יְהוָה	τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ μιᾷ, καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς καὶ ἐλάλησε κύριος ἐν χειρὶ ἀγγαίου τοῦ προφήτου, λέ- γων. εἶπον δὴ πρὸς ζορο- βάβελ τὸν τοῦ σαλαθιήλ. ἐκ φυλῆς ἰούδα. καὶ πρὸς ἰησοῦν τοῦ ἰωσεδὲκ τὸν ἱε- ρέα τὸν μέγαν, καὶ πρὸς πάντας τοὺς καταλοίπους τοῦ λαοῦ λέγων. τίς ἐξ ὑ- μῶν ὃς εἶδε τὸν οἶκον τοῦ- τον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, τῇ ἔμπροσθεν. καὶ πῶς ὑμεῖς βλέπετε αὐτὸν νῦν. κα- θὼς ὑπάρχετε ἐνώπιον ὑμῶν, καὶ νῦν κατίσχυε ζοροβάβελ λέγει κύρι- ος. καὶ κατίσχυε ἰησοῦ, ὁ τοῦ ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. καὶ κατισχυέτω πᾶς ὁ λαὸς τῆς γῆς λέγει κύριος.

Hieron.

IN septimo mense uicesima & prima mensis factū est uerbum domini in manu Aggęi prophetę dicēs, loquere ad Zorobabel filium Salathiel

ducem Iuda & ad Iesum filiũ Iosedech sacerdotẽ magnum, & ad reliquos populi dicẽs: Quis in uobis est derelictus qui uidit domũ istam in gloria sua prima: Et q̃d uos uidetis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi non sit in oculis uestris? Et nunc cõfortare Zorobabel dicit dominus, & confortare Ihesu fili Iosedech sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum.

SVMMARIVM.

Ter fuit illustratus Aggæus lumine prophetiæ priori capite, iuxta communem sententiam: & cô perduxit rem, vt principes & populus ingressi facerẽt opus in domo domini. Iã autẽ in alio mense, scilicet septimo, iterum propheta fuit afflatus spiritu sancto, & ob eam quidem causam, Nam templum iussit ædificari Darius ex præcepto Cyri non altius sexaginta cubitis, neq; altius sexaginta cubitis, cum tribus ordinibus lapidum: cum tamen templum Salomonis fuerit duplo altius, puta centum & viginti cubitorum: vnde Iudæi prius ab externo hoste prohibiti, iam intrinsecus pusillanimitate sunt lassati, dum desperarent tam magnificum templum ædificare, quale fuit templum Salomonis, hoc est quod assumit propheta, & in sequenti textu, omnino pellit hanc pusillanimitatem, quia maior erit gloria tẽpli se-

1.Esd.6

3.Reg.6

pli secundi quàm primi.

EXPOSITIO FVSIOR.

B. Hieronymus attingit tempus prophetiæ, quia facta sit septimo mense, in quo solennitates sunt legales, die vigesimaprima, hoc est, completis tribus hebdomadibus, in mysteriũ trinitatis, Iam hæc fuit tertia dies, illustrationis propheticæ Aggæo, nam is ita cõtinuo bonis operibus insudabat, vt dignus esset ad quem sermo dei haberet accessum. Noster ergo festiuus propheta in mense festiuo, festiue & solenniter nobis de summa festiuitate templi & Messiæ prophetizauit. Mensem autem septimum Tisri recte festiuum diximus, quia non est alius mensis in quo plura festa occurrãt, quàm in illo ipso, nam ibi est festum tubarum & initium anni, velut supra de mensibus meminimus, & agebatur die prima. Decima verò die celebrarunt festum expiationis. Leuitici decimosexto, illo enim solo die intrabat pontifex cum sanguine in sancta sanctorum: die vero decimaquinta, erat festum tabernaculorum, quod durabat per octauam, de quo Iohannis septimo, & Leuitici vigesimotertio. In octauo autem die faciebant festum palmarum, seu festum retentionis, quod populus retinebatur olim ad collectam pecuniæ faciẽdam pro sacrificijs. Primum festum appellabant ראששנא vel זכרןתרועה initium anni vel memoriam clangoris Secundum כפור. Tertiũ חג הסכות Quartum, חג ארבה vel עצרת, hoc est, palmarum aut cœtus seu societatis. Quod vero tertia die eiusdẽ mensis celebrant ieiunium Godoliæ, hoc vero non habent ex lege, sed ex traditione scribarum in templo secundo. Sic ergo intuearis hunc mensem septimum esse festiuum, & solennem.

Hierony.

Festa Septembris

Num. 29

Hier. 41.

Quis in uobis est derelictus, qui uidit domum primam?

Hæc expende iucundissime auditor, cum templũ fuerit combustum Sedechia capto, anno decimono no regni Nabuchodonosor, & quærit propheta ab his qui iam sub anno secundo Darij uidebant ædificationem templi, quis vidit domum primam. Itaq; pro constanti habet aliquos tunc adfuisse, qui non modo vixerint tempore templi primi, bimuli vel trimuli vel anniculi, sed qui viderint, & ita viderint, vt cum iudicio potuerint conferre gloriam & magnificentiam domus primæ cum secunda.

Quare reborantur ea quæ superius attulimus, cum ad finem Baltasaris regis à Nabuchodonosor fuerint 52. anni: non facile adducor vt credam 42. annos à Baltasare interuenisse ad secundum annum Darij: Nam sic fuissent 94. annorum: & quia vsum ratiõis pro cõparatione facienda debebant habuisse, adijcias 10. annos ad minimum: sic fuissent centũ & quattuor annorum, quos rarissime inuenies mentis cõpotes & sanos ac iudicio valentes. Itaq; pauciores oportet fuisse annos quam 42. neq; est simile de eo quod in Esdra legitur: plurimi etiã de sacerdotibus, & leuitis, & principes patrum, & seniores qui viderunt templum prius cum fundatum esset, & hoc tẽplum in oculis eorum, flebant voce magna: nam tũc primum 52. anni præterierant: & tamen seniores inquit: quomodo ergo erit probabile, eos adhuc 42. addidisse: quare ex proposito noluimus immiscere supputationem Porcheti, qui mire se in calculo illo confundit.

1. Esd. 3

Ad literam ergo, non est opus magno scrutinio. Vnum aduotat Rabi Aben Ezra. Perpetuo diuiditur honor

honor regis super sacerdotio & prophetis: sint Iosue ante Caleph, Saul & Dauid ante Samuel. Nisi cū agitur de negotio dei, tunc viceuersa, sacerdos prçcedit sacerdotem: Ideo Caleph cōpescuit populum murmurantem, non Iosue. Num. 13

Ego parum tribuo huic regulç Rabinicæ: nam in Numeris, vbi deus comminatur, nullum qui exierat Aegyptum ingressurum terram promissionis, subdit, præter Caleph filium Iephonæ, & Iosue filium Nun. Ecce in terrenis præcedit Caleph. Num 14

Quærit autem dominus per prophetam seniores, non vt nescius sed scrutator cordium ista interrogatione percutit eos, exprimens pusillanimitatē mentis eorum, velut Iosephus prolixe refert, quam conceperant ex eo quod templum secundum magnificentia & amplitudine ac omnium rerum splendore minus erat, quàm antiquum templum Salomonicū. Ista vero animi tristitia eos lassos reddidit & torpentes in opere domus dei ædificandæ, ac manus eorū dissoluit. Lib. 11. ca. 5

Ipse autem eos dehortaturus ab hac acedia & mētis consternatione, erigit animos eorum & confortat, vt strennue inceptum prosequantur laborem: Confortare inquit Zorobabel, Confortare Ihesu sacerdos magne: Confortare totus populus: erigite animos vestros, quoniam ego præsentia mea vobis adsum. Rabi Dauid Kimhi arbitratur propterea dictum, factum est verbū domini ביד חגי in manu Aggæi, quia prophetia eius fuit legatio à deo ad faciendum & operandum ea quç eis esset dicturus & præcepturus. Ne ergo lassas haberent manus, opus imperfectum relinquentes, confortat eos, & hortando demulcet: Hoc enim officium est boni pastoris, consolidare quod infirmum est. Quare & Haggæus bonus pastor fuit, et territis consolationē more Euā- R. Dauid. Ezec. 34

 gelico

gelico attulit confortando, vt in incepto perseuerẽt opere, nec respiciãt retro sicut vxor Loth, aut qui mi-
Gen. 19. sit manum ad aratrũ: sic enim non essent apti regno
Luc. 9 dei. Tuitiensem inter sensus mysticos renarrabimus.

DOCTRINAE MYSTICAE.

1 Cum accingimur ad opus dei perficiendum, tūc ad nos fit sermo dei omnipotentis, in septimo mense, hoc est, in requie, & trinitatis plenissimo sacramento: fit autem ad Aggæum, hoc est, festa dei celebrantem.

2 Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, & ad Ihesum sacerdotem magnũm: hi typum gessere Christi, qui pro nobis & homo fieri dignatus est & sacerdos: credentes in Christum, appellat reliquias populi: quoniam in comparatione totius orbis, parua pars fuit credentiũ in Christum ab initio. Sed quid loquitur populo? Quondam in Israel fuit domus dei, sed iam deus deseruit synagogam, & adhæsit ecclesiæ, quæ iam nihil est in oculis fidelium, quę olim fuit gloriosa: quod nõ modo verũ est de ædificijs templi, sed de omnibus quæ quondam prẹclara habuere Iudæi. In Zorobabel ergo & Ihesu, hoc est regno & sacerdotio Christi roborantur fideles, & exeuntes Aegyptum peccatorum, impleant verbum testamenti, quod acceperunt, velut in susceptione baptismi spoponderunt: sicut meminit B. Ambrosius: Venimus ad fon-
Li. 1. de sa tem: ingressus es, quid locutus sis considera, repete
cramẽtis, diligenter: quando te interrogauit, Abrenuncias dia-
cap. 2. bolo & operibus eius? quid respondisti? Abrenũcio. Abrenuncias seculo & voluptatibus eius? qd respondisti? Abrenuncio. Memor esto sermonis tui, & nunquam excidat tuæ series cautionis.

3 Sicut in oculis quorundam Iudęorum quasi nihil erạt domus secunda, quoniam ei præferebant templum

plum primum: sic nascente ecclesia, Iudæi grandem excitauerunt tumultũ, quoniam domus nouissima, ecclesia, nihil erat in oculis eorum, hoc est fidẽ Christi, ritum sacrificij noui, sacramenta ecclesiæ flocci-faciebant: omnino volentes præualere Moysen, legẽ, circumcisionem: magnam enim turbationem Antiochiæ & in Galathis concitarunt. Sed quid dicit textus? Confortare Zorobabel, confortare sacerdos magne, confortare totus populus. Nam repleti spiritusancto, magno gaudio & cõsolatiõe repleti sunt in eo quòd quotidie crescebat & augebat numerus credentium. Et coacto primo concilio sancto apostolorum & presbyterorũ, Hierosolymis, cõclusum est pro ecclesia contra synagogam & onera legis, vt maior sit gloria secundę domus, hoc est ecclesię, quã Synagogæ, vt mox pluribus agetur.

Act. 15

Act. 5

4.

Confortare Zorobabel. Hic indicat officium boni pastoris animarum, vt roboret infirmos & pusillanimes, vt sint fortes in fide, in negotio dei & opere robusti ac alacres. Hoc addecet quemlibet prælatum, vt curam suorum subditorum habeat: si in monasterio viderit nouitios adhuc titubantes in religione, roboret eos, idem de monialibus. Iam hoc tẽpore quilibet Curatus, prouideat subditas oues, admonendo ac roborando, ne vacillent in fide: veluti hoc tempore est maxime necessarium: & egregie præstitit B. Paulus vas electionis, & vt ex plurimis vel vno hoc loco vtatur Catholicus, præmuniẽdo suos subditos, & dicat eis contra Zuinglianos & Lutheranos. Videte canes, videte malos operarios, videte cõcisionẽ: quem locũ alibi latius applicauimus. At quo pacto confortauerit deus Zorobabel, Ihesum & omnem populum, audiamus.

Prælatus.

Phil. 3

Homil. 2. domi. 2. quadragesimæ.

HEB.	GRAEC. SEPT.
וַעֲשׂוּ כִּי אֲנִי אִתְּכֶם נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת ׃ אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר כָּרַתִּי אִתְּכֶם בְּצֵאתְכֶם מִמִּצְרַיִם וְרוּחִי עֹמֶדֶת בְּתוֹכְכֶם אַל תִּירָאוּ ׃ כִּי כֹה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת עוֹד אַחַת מְעַט הִיא וַאֲנִי מַרְעִישׁ אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ ׃ וְאֶת הַיָּם וְאֶת הֶחָרָבָה ׃ וְהִרְעַשְׁתִּי אֶת כָּל הַגּוֹיִם וּבָאוּ חֶמְדַּת כָּל הַגּוֹיִם וּמִלֵּאתִי אֶת הַבַּיִת הַזֶּה כָּבוֹד אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת ׃ לִי הַכֶּסֶף וְלִי הַזָּהָב נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת גָּדוֹל יִהְיֶה כְּבוֹד הַבַּיִת הַזֶּה הָאַחֲרוֹן מִן הָרִאשׁוֹן אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת וּבַמָּקוֹם הַזֶּה אֶתֵּן שָׁלוֹם נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת ׃	καὶ ποιεῖτε. διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ λέγει κύ- ριος παντοκράτωρ. τὸν λόγον ὃν διεθέμην ὑμῖν ἐν τῷ ἐξελθεῖν ὑμᾶς ἀπὸ αἰγύπτου, καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑ- μῶν. θαρσεῖτε, διότι τά- δε λέγει κύριος παντο- κράτωρ. ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σεί- σω τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν. καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν. καὶ συσσεί- σω πάντα τὰ ἔθνη. καὶ ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ πάν- των τῶν ἐθνῶν. καὶ πλη- ρώσω τὸν οἶκον τῆς δό- ξης, λέγει κύριος παντο- κράτωρ. ἐμὸν τὸ ἀργύ- ριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον λέ- γει κύριος παντοκράτωρ. διότι μεγάλη ἔσται ἡ δό- ξα τοῦ οἴκου τούτου. ἡ ἐσχά- τη ὑπὲρ τὴν πρώτην λέ- γει κύριος παντοκράτωρ. καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ δώσω εἰρήνην λέγει κύριος παν- τοκράτωρ.

Et facite quoniam ego uobiſcũ ſum,di
cit dominus exercituum. Verbũ quod

pepigi uobiſcum cum egrederemini de terra Aegypti, & ſpiritus meus erit in medio ueſtrum. Nolite timere, quia hæc dicit dominus exercituum, adhuc unum modicum eſt, & ego commoue bo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & ueniet deſyderatus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit dominus exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtæ nouiſſimæ, plus quàm primæ dicit dominus exercituũ, & in loco iſto dabo pacem dicit dominus exercituum.

SVMMARIVM.

Conſternatis Iudæorum animis, quod templum deſperabant tam magnificum extruere, quale fuit templum Salomonis. Confortauerat eos propheta iuſſu domini, & animauit ad implendum opus inceptum, & vrgentiſſimis rationibus eos cõſolatur ad pellendam puſillanimitatem, quia ſicut cum patribus pepigit verbum veteris teſtamenti in exitu Aegypti. Sic in breui tempore commouebit iterũ cœlum & terram, ſicut prius fecerat in datione legis

 in mon-

In monte Synai, & motis gentibus cunctis, veniet Messias desyderatus cunctis gentibus. Et si iam minor sit gloria domus istius quàm primæ, tamen tūc implebit domum hanc gloria, auro & argento, non quidem corruptibilibus, sed argento sacrarum literarum & auro sensuum spiritalium. Et sic maior erit gloria propter Christum & fideles, quàm fuerit primæ domus. Nam in isto loco dedit deus pacem, remissionem peccatorum, per prędicationem Christi, Petri & aliorū discipulorum. Hæc sunt altissima fidei nostræ sacramēta, frangētia ceruices Iudæorū

EXPOSITIO VBERIOR.

Et facite.

Festiuus propheta in mense festiuo festiua nobis quæque vaticinatur, omnia enim plena sunt mysterijs, plena sacramentis, quorum iubar & splēdorem cæcutientes Iudæorum oculi, ferre non possunt: at rem ipsam adgredi placet. Abiecta & pulsa pusillanimitate, confortatos iubet ædificium templi perficere. Et facite, inquit, hoc est, lassas manus non dimittite, sed incepta perficite, dixerat enim prius: Et faciebant opus in domo domini. Iussi ergo sunt facere, quod faciebant ne desisterent. Sic Hiero. sic Haymo, sic reliqui nostri intellexerunt. Et ita ad literā arbitror proximam intelligentiam, vt facere ad opus & structuram templi pertineat. ¶ Verum R. Dauid Kimhi alium nectit sensum, inquit enim: טַעְמוֹ דבק עם הפסוק האחר את הדבר הזה אם תעשו את הדבר אשר ברתי אני אֶהיה אתכם ותלכו הלוך וחזק. Hoc est, Sententia eius (ratio) affixa est, cū versu sequenti, את הדבר. Verbū quod pepigi &c. Ac si diceret, si feceritis verbum quod pactus sum vobiscum, ego ero vobiscum, & ibitis euntes for-

Hiero.

R. Kimhi.

tes fortificati. Intelligis quid sibi vult More? facite verbum, hoc est legem quam pepigi vobiscum, ita quòd factio respiciat verbum, id est obseruantiam legis, non ædificium templi. Et sic esset iniectiuum, quasi parenthesis, quoniam ego vobiscum sum. Subdit enim idem Rabi, Post promissum spiritum sanctum obseruantibus verbum dei. Sed postquàm peccauerunt, & non fecerunt legem & præcepta, tunc cessauit spiritussanctus, & abscissa est prophetia in diebus Zachariæ & Malachiæ. Ita & R. AbenEzra exposuit, voculam facere referendo ad verbum, vt sit sensus, facite, legem obseruate. Subscribit Rabi Salomon, facite, custodite legem meam, & spiritus meus manebit in prophetis vestris. Ego non video, cur litera ista sit laceranda, & cum sensus Hieronymianus sit pertinens proposito, & consentiant Septuaginta, non recedo ab eis. Apostatæ Lutherani, si quid huiusmodi inueniunt in peregrinis, mox sine iudicio arripiunt: & in hoc fastu tumentes, ecclesiasticis patribus se opponunt. Sic Oecolampadius hic superbit, nullam tamen faciens Rabinorũ mẽtionem, nouam illam sequitur explanationem, fucum addit, quia in Hebræo verbum את דבר manifeste sit accusatiui casus. At ego ei nunquàm sim hoc concessurus, scio frequens esse, vt articulus את accusatiuo præfigatur, at hoc non est perpetuum, quin aliquando etiam datiuo iungatur: sæpe quoque nominatiuo, vt in libro Regũm: Et veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietem, vbi in nominatiuo legitur ואת הדוב & vrsus: & in similibus. Adde robur huius contra nouatores istos, q̃d inter, facite, & verbũ, est punctus perfectus פסק, qui indicat sententiam totius orationis perfectam, vnde supra ipsum regulariter non est transiliendum. Id quod Sanctes & Mun-

R. Aben Ezra.

Articulus את

Munſterus, inter recẽtiores quoq; poſt Hieronymũ obſeruarũt. Regulariter dico propter Momum, ſcio enim aliquando, ſed rarenter aliter inueniri, hic autem nulla cauſa adigimur, ad hunc ſaltum faciendũ, quare rectius fecerimus, ſi cũ patribus manſerimus. Et Ionathas quoque in Thargo nihil huiuſmodi adfert, quin magis pugnat cũ eis, ſic enim ait, ועבידו ארי מימרי בסעד כון אמר יהוה צבאות. Hoc eſt, & operamini, quoniam verbum meum in auxilium veſtrum, dicit dominus.

Quoniam ego uobiſcum ſum, dicit dominus.

Vide quanta ſit iſta conſolatio, quis enim laborãdo vellet pigreſcere, qui talem ac tantum haberet collaboratorem: facite, operamini, laborate, quia ego vobiſcum ſum, hoc eſt auxilior vobis, ſecundum Ionathan iam auditum, pleniſſime hic promittitur diuina aſſiſtentia, qua nihil maius in mundo poſſet homini contingere. ¶ Vnum hic dixerim, quod Hieronymus, & alij eccleſiaſtici patres hic ponderarunt, myſterium puta trinitatis hic per prophetam velate indicari, Quoniam ego vobiſcum ſum, deus pater: Verbum (dei filius) quod pepigi vobiſcum, Et ſpiritus meus, ſpirituſſanctus, erit in medio veſtrũ. Mirabar ego immodice, cum commentarios Tuitienſis, viri incomparabilis reuoluerem, cum diligentiſſimus fuerit in eruendo ex ſcripturis ſacris, ſuperbenedictæ trinitatis myſterio, quod hic ſurda aure præterijt. Verum hunc ſcrupum ipſemet Tuitienſis mihi amouit, cum ad vetus recurrerem teſtamentũ vbi Trinitatem deſcripſit & opera eius, intelligentiam myſterij trinitatis hic reconditam deuelat, & profecto cum propheta vtriuſq; teſtamenti editionem

Trinitas

Super Daniele adiũcto Agg.

nem voluit explicare, quomodo conuenientius id facere potuit, nisi sub benedictæ trinitatis affirmatione. Pater enim principium filij, & spiritussancti, ac omnium creaturarū, dedit legem (nam etsi tota lex data fuerit à trinitate, tribuitur tamen deo patri.) Sicut aūt deus pater in verbo suo creauit omnia, sic & in verbo suo legem dedit, quæ obseruari nō poterat, nisi spiritu sancto gratia sua adflante, ille enim fertur super aquas, & ita incubando fouet omnia, qui cunque enim spiritu dei aguntur, filij dei sunt.

Psal. 32
Phi. 1
Gen. 1
Rom. 8

Verbum quod pepigi uobiscum cum egrederemini de terra Aegypti.

Expendit Hieronymus, quia deus sit vobiscum, & sermo meus quē pepigi vobiscū. Et spiritus meus est vobiscum. Tāto ergo suffulti præsidio, nolite diffidere. Ego qui iubeo, sum deus omnipotens, cuius dixisse, fecisse est: dixit enim, & facta sunt: ipse mādauit, & creata sunt. ¶ Per verbum hic intelligitur vetus testamentum, nam vt Hieronymus sæpe meminit, Testamentum frequenter à nobis dici, vbi hebraice ברית legitur & græce διαθήκη, pactum, testamentum. Lex ergo vetus, vetus testamentum, fuit pactum, quod percussit deus cum hominibus. Inde Moyses librum legis appellat librum fœderis, Assumens inquit, librum fœderis, legit audiente populo: & iterum, Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Quare constat cum hic pacti meminit, & verbi, nō aliud pactum quàm veteris testamenti intellexisse. Hinc & in Exodo & in Deuteronomio appellat legē, decem verba, verba fœderis. ¶ Rabi Kimhi adnotat, Verbum quod pepigi vobiscū, id est, cum patribus vestris, & perinde est, ac si cum eis pepigisset fœdus

Hiero.
Verbum.
Psal. 32
Gal. 3
Hier. 31
Exo. 24
Ibidem.
Deut. 10

sicuti

ſicut ſcriptum eſt in Thora. Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, ſed cunctis præſentibus & abſentibus. Ergo verbum quod pepigit vetus eſt teſtamentum in monte Synai Moyſi datum, quia autem lex lucerna eſt, recte lucerna illa eſt incenſa exeuntibus ex tenebris Aegyptiorum. Et quia deus pepigit recti & iuſti tenaciſſimus obſeruator, indubie illa ſeruabit omnipotenti ſua aſſiſtentia: quare nullus timere debet aut deo diffidere, ſed fortiter ſperare, quoniam deus ſit ei adiutor, refugium, illuminatio, firmamentum, fortitudo, refugiũ, liberator, cornu ſalutis, protector, ſalus, vita & ſuſceptor.

Pſa. 37.26

Et ſpiritus meus erit in medio ueſtrum.

Ad literam pollicetur populo & principibus aſſiſtentiam ſpiritus ſui. Rabi AbenEzra per ſpiritum intelligit propheciam, ſicut & R. Dauid: Et ſpiritus meus erit in medio veſtrum, hoc eſt prophetia docebit inter vos. Hęc expoſitio eſt contractior, nã prophetia ceſſauit in templo ſecundo, vt mox probaturi ſumus. Itaq; promiſſio illa de aſſiſtẽtia ſpiritus ſancti non diu duraſſet, non enim vltra quadrienniũ. Quare ſancti patres hoc generaliter intelligunt de gratia ſpiritus ſancti diffuſa in cordibus fidelium, & eorum qui præcedentes ſperabant Chriſtum futurum, & eorum qui ſecuti crediderunt in iam incarnatum, mortuum, reſurgentem & aſcendentem. dicitur autem eſſe in medio veſtrum vel propter intimam præſentiam, qua eſt in nobis adiutor, inceptor & conſummator, vt habet hic vna glo. Et in nouo teſtamento ſumus certi de ſpiritu ſancto toties viſibiliter miſſo, non modo in die pentecoſtes: ſed

Spiritus.

Act. 2

quoties

quoties postea vsu venit, vt quis baptizaretur ab initio nascentis ecclesiæ, velut Acta apostolorum indicant. Rabini vero ad hunc altiorem sensum penetrare non possunt, quod tertiam personam in benedicta trinitate non agnoscant, cum Rabi Kimhi ad animas hominum referat, si quando spiritus in medio hominis esse dicitur, scio Haymonem intelligere etiam per spiritum maiestatem diuinitatis.

Adhuc unum modicum est.

Hæc sunt quatuor maxima tonitrua huius prophetæ, primo assighat breue tempus venturi Messiæ, secundo prædicit maximam commotionem futuram cæli, terræ, & omnium gentium. Tertio apertissime vaticinatur aduentum Messiæ, quia veniet desyderatus cunctis gentibus. Quarto omnem Iudæorum ædificantium tollit pusillanimitatem, quia impleturus sit domum istam gloria: Gloriam istam tribus explicat, primo in auro & argento, secundo quia maior erit gloria domus secundæ quàm primæ. Tertio, quia in loco isto promittit se daturũ pacem. Dispiciamus omnia per ordinem.

Pódera textum.

Vnum modicum est.

Tẽpus indicat aduẽtus Messiæ, quod dicit esse modicum. R. AbenEzra primo ait, modicũ fuisse tẽpus, quo ad deũ, vel quia modicũ sit deo illa facere: Illa duo mihi non probantur, quoniã aspiciendo tẽpus, omne tẽpus est deo breue, & sic mille anni apud eum sunt sicut dies hesterna quæ præterijt. Neq; potẽtiã faciẽdi, quia sic omnia quasi nihil coram deo,

cum

Luc.1 cum non sit impossibile apud deum omne verbum, & finiti ad infinitum nulla est proportio, sed verè ait Hugo illud modicū est contra Iudæos, ideo plus conantur obtenebrare hunc locum, quàm explana-

R. Dauid re, quod ex Rabi Dauid Kimhi liquet, qui super illo textu dicit: Adhuc vnum modicum est: Adhuc vnū bonum faciam ad vos, præter bonum, quod iam facio vobis, nam illud parū est modo, propter tribulātes vos in ædificatione, sed maius bonum erit, quādo omnes gentes venient cum muneribus ad hanc domum, & afferent munera argentum, & aurum. Si non cæcitas contigisset in Israël, vidisset plane Mepharista ille, se cum Iudæis illusum, cum templum illud corruerit dirutum, necdum venerunt omnes Goijm afferentes argentum & aurum, nisi de Christo Messia intelligat ac auro & argento spiritalibus.

R. Salo. Pari impudētia lapsus est Rabi Salomon Iarhij, qui id modicum refert ad desolationem regni Persarum, qui dominabantur Iudæis, quo cessante surget aliud regnum ad principandum & molestandū eos de regno Iauan (Græciæ) & modicum erit tempus dominationis illius: Quæ esse prorsus impertinēter allata, ac minime cohærentia quis non videt? Nā ex contextu literæ, modicum tempus dicit superesse ad hoc, vsque quo mouebit cœlum & terram.

Rectius ergo ecclesiastici intelligūt & sancti doctores de tempore aduentus Messiæ: Neque phas est homini Christiano aliter intelligere, cum habeat doctorem gentium Paulum de aduentu Christi hæc in

Hebr.12. telligentem ad Hebræos. Hoc solum aduerte, Septuaginta pro אחת מעט transtulisse vnica vocula & aduerbialiter ἅπαξ, quod significat semel, & ita legit S. Paulus in loco præfato, per theoricam superius allatam, Apostoli & Euangelistæ, si quando citarunt vetus testamentum, secuti sunt Septuaginta, qua-

ta:quare augusta est Septuaginta autoritas:Neque suspiceris lapsos esse Sept.in versione:nam אחת & nominaliter vsurpatur & aduerbialiter:vti ex Concordantijs Rabi Nathá,Isaac locos plurimos citare poteris. Si semel clãgueris.Num.10.Semel loquitur deus.Iob 33.Semel per tres annos.3. Reg.10.Semel in anno Leui.16. Concidet semel.Prouerb.28. Semel locutus est deus,Psalm.61.Vnde vtraq; lectio hic est ecclesiastica,& spirituisancto conformis.

Vnum modicum.

Sit ergo hoc fundamentum dicendorum. Prophetã hic scopum attigisse communem omnibus prophetis,ipsum Christum Messiam & eius aduentum:quod etsi Iudæi recentiores fortiter hunc locũ lacerẽt,Lyranus tamen refert Rabi Aakiba Thalmudistam in libro Sanhedrin in cap.Helec.vbi sic legitur:Rabi Akiba exponebat. Adhuc vnum modicũ est:& ego comouebo cœlum & terram,& adducã desiderium cunctarum gentium.De diebus Messiæ & de rege Messia,& de tempore quod fuit post destructionem primæ domus. Alia expositio. Adhuc vnum modicum est. Modicum, scilicet regni venturi Israël post destructionem prioris domus:& post illud regnum, ecce ego mouebo cælum,& terram,& mare,& aridam & omnes gentes:& postea veniet Messias:renarrat Galatinus & Porchetus: Et licet R. Salomon improbet præfatum Rabi: tamẽ aliqui ad literam accipiunt dictum suum esse verissimum:quoniam adhuc vnum regnum post Persas & Græcos surrexit in Israël,sed modicum,regnum filiorum Hasmonei Machabęorum,quod durauit vsque ad Herodem:Iudæi faciunt illud 103.annorum. Post modicum ergo illud regnum Machabæorum, sub Herode natus est Christus desideratus gẽtibus.

Lyra.

R. Aakiba.

Lib.4.ca. 9. part.1. cap.7.

Modicum ergo hoc dicit & breue tempus expectationis Messiæ, si ad tempus peccati conferamus: vbi à creatione mundi vsque ad secundum annum Darij iuxta Hebræorum communem præterierunt anni 3386, vel 3390. secundum aliquos. In consideratiõe itaque istius temporis, breue erat tempus Messiæ expectandi: q̃d etsi nostri plerũq; 490. annos supputent, ad Danielis hebdomadas septuaginta implendas (quarum calculum nolumus iam mouere) Tamen in præsentia calculum Iudæorum sequamur, ad eos reuincendos: Nam vt inferius patebit, affirmant templum secundum stetisse 420. annis: A quibus oportet primum subtrahere annos vitæ saluatoris nostri xxxiii. deinde subtrahantur quadragintaduo anni, qui à passione Christi fluxerunt vsq; ad excidium templi sub Vespasiano & Tito: Remanebunt anni tricenti quadragintaquinque: Et hoc fuit modicum illud tempus quòd iussi sunt Iudæi expectare pro aduentu Messiæ: At illud Modicum est contra Iudæos: quoniam ipsi expectauerunt iam multum inaniter, & hodie expectãt annis 1680. & eorum Antichristus nondum venit.

Modicũ tempus.

Et commouebo cælum.

Post illud vnum modicum, vaticinatur propheta venturam insignem quandam commotionem cæli, terræ, maris, aridæ, & omnium gentium in aduentu Messiæ. Hanc prophetiam impletam ait beatus Augustinus: Mouit enim cælum, angelorum & syderum testimonio, quãdo incarnatus est Christus: Mouit terram, ingẽti miraculo de ipso virginis partu: Mouit mare & aridam, cum & in insulis & in orbe toto Christus annunciatur: ita moueri videmus omnes gentes ad fidem.

Lib. 18. de ciuit. dei cap. 35

Beatus Hieronymus accuratius explanat, Committen

mittendo ea quæ facta sunt cum populo Israëlitico cum factis in legislatione euangelica, ait enim: Moui cælum, quando de cælo audita est vox mea: Moui terram, quando priori populo tradidi testamentum: & in aduentu meo, caligo, turbo, tenebræ cernebantur. Moui mare rubrum, quãdo viam præbui populo transeũti. Moui aridam, vel Aegyptum, per plagas dei vacuam: Vel solitudinem, per quam quadraginta annis circumduxi populum. ¶ Hæc adhuc semel mouebo. Quod factum cernimus in aduentu domini saluatoris. Tempore quippe passionis eius fugiente sole, cælum motum est, & tenebræ factæ sunt super omnem terram, ab hora sexta vsque ad horam nonam. Mota est terra, quia saxa scissa & monumenta aperta. Motum est mare, dracone qui in eo erat, interfecto. Mota est arida infructuosa quondam gentium solitudo. In hoc vniuersitatis tremore commotæ sunt etiam omnes gentes: & in omnem terram exiuit sonus eorum. Et Rabi Dauid fatetur scriptum in libro Iosephi., maximum terræmotũ fuisse in Iudæa tempore Herodis.

Hieronymus. Matth. 27 Luc. 23 R. Dauid.

Hanc beati Hieronymi collationem duarum commotionũ libẽter induximus: quod illa pleniter indicat sensum propheticum, & eum quem in Summario induximus: Nam fecit propheta mentionem verbi, hoc est, testamenti veteris legis, in exitu de Aegypto datæ: modo (velut liber Exodi indicat) facta fuit legis traditio, cùm magna commotione, nam mons Sinai totus fumabat, & erat omnis mõs terribilis, & sonitus buccinæ crescens & extensus: Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem: Hæc ergo sic se habebant in datione veteris testamenti. Consonat beatus Ambrosius per omnia ad Irenæum. Quid ergo sequitur iuxta translatio-

Exo. 19. 20

nem Septuaginta.

Adhuc ſemel,& ego commouebo cælum & terram,quaſi diceret,prius commoui cælum & terrã in datione legis Moyſi:Id iterum facturus ſum,ſed ſemel,in datione nouæ legis Euangelicæ:Sicut promiſi per ſeruum meum Hieremiam. Ecce venient dies:& feriam domui Iſraël,& domui Iuda fœdus nouum:Non ſecundum pactum,quod pepigi cum patribus veſtris,in die,qua apprehendi manum eorum,vt educerem eos de terra Aegypti,pactum,q̃d irritum fecerunt:Sed hoc erit pactum quod feriã cum domo Iſraël:poſt dies illos,dabo legem meã in viſceribus eorum:& in corde eorum ſcribam eã: & ero eis in deum,& ipſi erunt mihi in populum.

Hier.31

Hebr.8

Ob id pleniter Septuaginta videntur mihi hoc expreſſiſſe,ſpiritu afflante. Adhuc ſemel. Quod idẽ ſpiritusſanctus per organum ſuum electum repetijt ſanctum Paulum ad Hebræos: Audiamus tubã illa euangelicam. Videte ne recuſetis loquentem:Si enim illi non effugerunt recuſantes eum,qui ſuper terram loquebatur:multo magis nos qui de cælo loquentem nobis, auertimus:cuius vox mouit terram tunc:nunc autem promittit,dicens: Adhuc ſemel,& ego mouebo, non ſolum terram, ſed etiam cęlum.Quòd autem adhuc ſemel dicit:declarat mobilium tranſlationem tanq̃ factorum, vt maneant ea quæ ſunt immobilia.Q.d. Paulus communi doctorum ſententia. Videte fideles ne recuſetis loquentem Chriſtum: quoniam ſi Iudæi vltionem diuinã non effugerunt,recuſantes eum,qui ſuper terrã loquebatur,Moyſen(loquere tu nobis,dixerũt,& nõ loquatur nobis dominus.)Multo magis nos, qui auerſamur Chriſtum loquentem nobis de cælis.Ante aũt Moyſen legiſlatorem primum mota fuit terra, iuxta illud Pſalmi:Deus cum egredereris in conſpectu po-

Hebr.12

Duę commotiões terræ.

Exod.20

Pſalm.61

ctu populi tui, quando pertransires in deserto, terra mota est, &c. Eodem itaq; motore terra tunc mota est sub Moyse, & iā sub Christo, cuius propheta meminit: Adhuc semel, ego mouebo, non solum terrā, sed etiam cælum: Ponderat Apostolus, semel adhuc mouēdā terram, quę motio declarat legalium mādatorum, velut mobilium cessationem, succedentibus lege & sacramentis euangelicis immobilibus: Nā semel facta est illa motio, non futura amplius: Euāgelium durabit in finem mundi: Quare somniū & figmentum Ioachimi abbatis, qui nobis voluit obtrudere tria testamēta, vetus pro patre, nouū pro filio, & tertium pro spiritu sancto: Abeant ista, à propheta & Paulo confutata: Adhuc semel mouebo cælū, &c. Postea non sic moturus. Sunt autem illa typus futurorum: quoniam sicut ex motiōe gratuita Christi legalia mutabilia mutata sunt in legem euangelicam immutabilem: sic in vltima commotione mūdi, quando mouebuntur virtutes cælorum, tunc mutabilia ac corruptibilia huius mundi transferentur in statum permanentem & stabilē, de quo plura in Homilijs nostris de tempore, dominica 2. aduētus. Hęc est fermè explanatio Chrysostomi, nisi q mutatiōnē mobilium refert ad mutationē in extremo iudicio futuram. Suffragatur Athanasius: Super terrā loquentem Moysen dicit, de cælo aūt nobis loquentem Christum, Bis aūt terram apud sacras literas legimus fuisse succussam: Primum, cum in monte Sinai lex ferebatur: tum terram cōtremuisse dicit David: Secundo, cum carnem assumpsit Christus & in mundum venit, Commota est inquit, omnis Hierosalem, & quatientur manu facta idola Aegypti, ne suos fallant cultores, deiecta est illorum potentia. Iam spero iucundissime lector plenius te intelligere prophetam & Hieronymū: solum addamus Haymonem

Aggæi. 2 | Act. 15 | Ioachim abbas. | Chryso. | Athanasi. | Haymo.

monem aliqua verba obſcura Hieronymi illuſtrantem. Ego ipſe (inquit) qui moui terram ſub Moyſe. (Non eſt enim alius legislator veteris teſtamenti, & ali⁹ noui, ait Chryſoſtomus, niſi miniſterialis) mo uebo adhuc ſemel elementa in paſſione Chriſti. Mare præſentis ſeculi, flatibus dæmonum in ſeditionem concitatum: quando & draco, diabolus interfectus eſt, qui cubabat in mari huius ſeculi: Mouit & aridam, ſqualida & infructuoſa corda gentilium.

Chryſo.

Satagunt tamen & alij ſancti patres varias commotiones aſſignare in aduentu Meſſię: Cælum enim cõmotum fuit nouæ ſtellæ irradiatione, & multa miracula produntur in natiuitate Chriſti vbique terrarum facta, & præcipue idolis in Aegypto deiectis: ſic & gentes commotæ ſunt, venientibus eorum primitijs tribus regibus, & ſciſcitantibus, vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Commotiones itaque iſtę factæ ſunt in natiuitate domini, in eius paſſione & morte, in eius reſurrexione, in eius aſcenſiõe, & ſpiritus ſancti miſſione. Nam & Petrus teſtatus eſt illud Iohelis impletum: Et dabo prodigia in cælo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem & ignem & vaporem fumi, &c.

Matth. 2
Act. 2
Iohel. 2

Scio quomodo cæci Iudæi hunc locum torqueant, de quo inferius plura: & quantum ad hunc locum pertinet: Rabi Salomon de hac commotione loquens, inquit, בנסים הנעשים לבני השמונאי, hoc eſt, in ſignis quæ facta ſunt filijs Haſmonei, id eſt, Machabęis. Rabi Dauid Kimchi, dicit eſſe dictum ſecundum viam פלגים, id eſt, hyperbolice: quoniam cælum non concutitur aut contremiſcit: nam רעש hebraicè, non ſignificat ſimplicem commotionem, ſed tantum, quæ fit cum tremore & concuſſione, ſicut Iſaiæ decimoquarto. Qui concuſſit

R. Salo.
R. kimchi.

regna

regna. Rabi Aben Eza, dubius est: possit enim esse dictum דרך משל, per viam exempli & figuratiue: aut est dictum proprie sicut sonat, at tunc torquet, quoniam audietis tonitrua & concussiones. Vnde omnes homines terrebuntur, & qui sunt in arida, & qui sunt in nauibus maris: & adferent munera ad domum meam. Expende humanissime auditor, quantum cæcum illud genus hominum Iudęorum à vero, & vera intelligentia absit. Per Galatinum ad ducta sciens transeo Tres soles Romæ simul exortos, stellam illam mirabilem Magorum ductricem, quem Chalcidius super Timæo Platonis, nunciam aduenientis dei facit. Omitto fontem olei Romæ, Terremotum Iudææ, & quòd ipse post veteres ad descriptionem orbis sub Augusto commotiōem hanc refert.

R. Aben ezra.

Et ueniet desideratus cunctis gentibus.

Hoc Verbum omnium animos percellere debet: at vt id commodius explicemus, præstabit forte recensere variam lectionem, non quòd latum vnguem à lectione matris nostræ ecclesiæ recedere velimus: absit vt hoc malum faciamus: sed quòd cōferet nonnihil ad vbertatem sententię: Nam primo Septuaginta ita legerunt. καὶ ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ πάντων τῶν ἐθνῶν. Et venient electa omnium gentium. Ecclesia legit: Et veniet desideratus cunctis gentibus. Sanctes vertit. Et veniet desiderium omium gentium. Et ita reperio transtulisse Petrū Nigri Germanum in disputatione Ratisponensium ante sexaginta annos. Munsterus legit: Venietq; cum eo, quod desirabile est cunctis gentibus: In adnotationibus censet fore legendū. Et venient desideratione cunctarū

gentium. Ionathas in Targo legit וייתין חמרת כל עממיא, hoc est. Et adducent desiderium omniũ populorum. Oecolampadius vertit, Et venient cum desiderabili omnes gentes. Galatinus legit. Et venient cum desiderio omnes gentes. Varietas versionum venit à dictione חמרת. quod nomen à verbo חמר deducitur: significat aũt nomen illud preciosa & optima quæq;. Et vt habet vetus dictionarium Germanicum, significat rem concupiscibilem, quæ sit alicuius æstimationis & dignitatis. Thren. 1. Dederunt preciosa quæq; pro cibo. Gen. 27. Et vestibus Esau valde bonis quas apud se habebat, & 1. Reg 9. Et cuius erunt optima quæq; Israël. Huc respexerunt Septuaginta: & pro preciosis & optimis verterunt ἐκλεκτά. Porrò si in significatione verbi desiderare, perseuerauerimus, adhuc variatur significatus dictionis חמרת, eo quòd possit exponi concretiue, pro desiderato aut desiderabili: aut abstractiue, pro desiderio aut desideratione. Concretiue vertit Hieronymus Psalmo centesimoquinto. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Isaiæ trigesimosecundo Plangite super regione desiderabili. Osee decimotertio. Osee 9. Prouerbiorum 21. Psalmo decimooctauo. Zachariæ 7.

Et ueniet desideratus.

Munster[9] Munsterus hic in adnotatione seductus ab Oecolampadio & Rabinis, sic explicat: Gentes venient cum ijs rebus quæ desiderantur & in precio sunt apud omnes gentes, vt sunt aurum, argentum, & lapides preciosi, muneribus suis honorantes domum meam: adducit Isaiam: Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes &c. Q. d. singulæ gẽtes optima sua afferent, seipsos dño consecrantes, & de suis opibus pauperes Christi, hoc est viua dei tem-

templa ornabunt. Eò tendit etiam versio Oecolampadij, & sua expositio. Verum ista Iudaica sunt, & synagogam resipiunt: Hoc solo meliores Iudæis, quod cum Iudæi ad dona referunt externa argenti & auri & rerum preciosarum: Hi, qui ex nobis exierunt, in hoc sunt meliores, quod non figunt obtutum in illa externa: sed transcendunt per allegoriam ad spiritalia, puta ad oblationem gentium per fidem: In quo vltimo particulam veri attingunt: Verum in sensu primario literali iudaizant: quoniam secuti sunt explanationem Rabi Salomonis, & R. AbenEzra, qui desiderium gentium referunt ad ea quæ à gentibus desiderantur, s. aurum & argentum Audiamus Rabi Dauid Kimhi: & conferat quisquis volet cum istis nouatoribus Oecolampadio & Munstero, & inueniet certo, eos plus Iudæos improbos esse secutos, quàm ecclesiasticos sanctos patres: ait autẽ Kimhi:

Oecolampadius.

R.Dauid.

פי׳ כל הגוים שארע׳ש ממקומם יבאו בחמדת כל הגוים כלומר יביאו בידם כל דברי חמודות שימצאו בארצם מכלי כסף וזהב ובגדים ואבנים יקרות יחמדת חסר ב השמות: Hoc est. Expositio. Omnes gentes quas commouebo de locis suis, venient in desiderio cunctarum gentium. Quasi diceret, afferent in manibus eorum, omnium rerum desiderium: quod inuenient in terris eorum, de vasis, argento, auro, & vestibus, & lapidibus prætiosis. Et חמדת deficit ב' constructionis, & probat per duo Edes, hoc est testimonia, de facie & domo. Conferas ergo ista cum præcedentibus, & affirmabis me verum dixisse.

Et ueniet desideratus.

Nos vero ecclesiæ Catholicæ ac sanctorum patrum inuiolabilem sequẽtes sententiã, intelligamus istum versum de aduentu Messiæ domini nostri Ihesu Chri

su Christi, de quo ecclesia canit in persona patrum: Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris: Et in aduentu domini dominica quarta in matutinis laudibus canit: Ecce veniet desideratus cunctis & replebitur gloria domus domini: Et quia duplex est aduentus domini in scripturis, non me praeterit, aliquos haec verba intelligere de secundo aduētu: Velut facit beatus Augustinus in libro de ciuitate dei. Iam vero quod sequitur. Et veniet desideratus cunctis gentibus, de nouissimo eius expectatur aduentu: Vt enim desideratus esset & expectandus cūctis gentibus, prius oportuit eum dilectum esse credentibus: Sic & Rupertus Tuitiensis expositurus magnam illam commotionem caeli ac terrae, & gloriosam desiderati visionem, adfert verbum Christi: Tunc erunt signa in sole & luna, & in terris pressura gentium. Et tunc videbunt filium hominis veniētem in nubibus: & tunc sine dubio perfecta erit gloria domus nouissimae, Christi & ecclesiae in aeterna beatitudine

Li.18.ca.35.

Tuitien.

Luc. 21

Verum potius intelligendum arbitror, id quòd cōmuniter fieri solet, de primo aduentu domini, de aduentu Messiae filij dei per incarnationem, desiderati à cunctis gentibus: quoniam prędicente Iacob patriarcha, ipse erit expectatio gentium: Neque mouear illa argutia, priorem aduentum nondum desideratū à cunctis gentibus: quia non sciebant, quem debebāt desiderare, in quem necdum crediderāt: Sicut enim fuit expectatio gentium, ita & desideratus à gentibus, scilicet ad praedicationem apostolorum & discipulorum ad fidem conuersis: Aut quia omnes eum expectare & desiderare debuerant, qui pro salute omnium est incarnatus, & qui omnes vult saluos esse. Ecce ergo Euangelij particulam, Veniet desideratus cunctis gentibus, foelix & auspicatissima promis-

Gen. 49

promissio, tot acclamationibus postulatus Saluator, Ecce veniet desideratus cunctis gentibus, non Iudæis duntaxat, sed omnibus omnino populis.

Haymo hic inquit: Manifestum est, aduentum Christi prænunciari, qui desiderabatur & expectabatur, vt redimeret gentes, de quo apostolus: In quem desiderant angeli prospicere. Hieronymus plane inquit, Veniet desideratus cunctis gentibus, dominus noster atque saluator mundi, redemptor & glorificator noster: In qua sententia existimo catholico esse quiescendum. 1. Pet. 1

Et implebo domum.

Aduerte Amantissime auditor, quàm cohærent omnia admirabili artificio, ab omnium sapientissimo opifice, spiritusancto, per ministerium prophetæ nobis proposita. Pusillanimes fuerunt Iudæi, incepto ædificio templi, quod non poterant assequi magnificentiam Salomonici templi: dissolutę erant eorum manus, & in ædificio lassescebant. Erigit animos eorum, stupendis quibusdam promissis, quæ vt credibiliora fiant, in mentem reuocat Iudæis, quàm incredibili maiestate vetus testamentum, eis fuerit exhibitum: At maiori gloria sit eis exhibendum nouum testamentum, posteaquàm venerit desideratus cunctis gentibus. Nam & si structores templi non viderint tantam gloriam secundi templi velut primi: tamen hic habent benedictam promissionem, secundæ domus futuram gloriam maiorem prima. Quis autem implebit domum dei post ædificatum templum, vt domus secunda vincat priorem? Respondet propheta: Veniente desiderato à cunctis gentibus, implebo domum domini gloria. Contextus literæ.

Maior gloria secūdæ domus. Impletio autem illa gloriæ fuit, quod episcopus episcoporum, D. Ihesus iuxta quod prophetæ prædixerunt, venit in templum suum dominator quē vos Mala. 3 quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis: Ecce venit dicit dominus exercituum: Christo enim in tēplo præsentato, poteramus dicere: Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui: tunc enim maiestas domini ingressa est templum: & quod Eze. 43 Abacuc inquit: Dominus in templo sancto suo, reueteatur à facie eius omnis terra. An non magna gloria impleuit templum, quando post triduum Maria inuenit eum in templo, sedentem in medio do- Luc. 2 ctorum audientem illos & interrogantem: & stupebant omnes qui audiebant eum super prudentia & Ioh. 3 responsis eius? Magna profecto impleuit gloria tem- Mat. 21 plum Saluator noster, quādo toties in templum ve- Luc. 19 nit, prædicauit, miracula fecit, nouam legē & testa- Mat. 21 mentum promulgauit, ementes & vendentes eiecit, Luc. 21 domum oratiōis fore affirmauit, & eius destructio- Ioh. 5. 7. 8. 10 nem ac totius ciuitatis desolationem prædixit. Magna gloria habere præsentem regem regum, conditorem mundi, saluatorem generis humani: Et quia primum templum typus fuit synagogæ, secundū templum ecclesiæ: ideo sancti patres etiam de ecclesia exponūt hoc verbum. Haymo enim inquit: Post- Haymo. quam venit desideratus cunctis gentibus, impleta est gloria domus domini. Id est ecclesia de viuis lapidibus ædificata. Impleuit enim gloriā Euāgelij, gratia Baptismi & omniū sacramētorū, gratia spiritussancti super apostolos & discipulos largiter effusa.

Meum est argentum,

De regula Rabinorum nolo esse quempiam solicitum, Cur frequēter Argentum in sacris literis præcedit aurum: nam contrarium eius euenit Exodi decimo.

cimotertio, & Numeri trcesimoprimo &c. Ad rem ipsam veniamus. Iudæi argentum & aurum inspiciunt materialia: Et quia omnia ista sint in facultate dei & manu eius: possit auferre cui voluerit, & dare ad beneplacitum suum: Vel vt Rabi Salomon ait: בידי זהביאו לאשר חפצתי בו hoc est, in manu mea ad afferendum cui ego beneuolo. Vult dicere: In mea potestate est, vt argentum & aurum offeratur illi, in quo complacitū est mihi. Et clarius R. Dauid: In mea potestate est accipere aurum illi, & dare alteri: Et ego dabo cor gentibus, vt afferant in hoc tēplum argentum & aurum. Qui subleuant hanc sententiam, meminerunt donariorū, quæ Ptolemæus Philadelphus intulit templo: at illis vel Ethnicus diceret: In templo quid facit aurum?

R. Salom.

R. kimhi.

Persius.

Dimittentes autem duces cæcorum cæcis, ad sanctos patres ecclesiasticos veniamus, sancto spiritu afflatos. Audiamus itaq; Hieronymum quid sentiat. Quod ait, meum est argentum &c. Non puto quenquam existimare, quod de argento loquatur & auro, quæ à diuitibus possidentur & regibus: Hoc enim modo, non solum aurum & argentum dei est, quasi creatoris, sed & cætera metalla, & quod domat omnia ferum. Sed ego existimo, argentum quo domus dei ornatur, eloquia scripturarum: Et aurum, quod in occulto sanctorum sensu, & in cordis versatur arcano: & splendet vero lumine dei. Adfert psalmum: Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Adfert & Paulum de his qui ædificant super fundamentū aurū, argentū, lapides prætiosos: Vt in auro sensus occultus, in argēto sermo decens, in lapide prætioso opera deo placentia significentur. Haymo in sensu mystico sequitur Hieronymum, quia aurum fit sensus & intellectus spiritualis, latens in scripturis, de quo Salomon: Thesaurus desi-

Hierony.

Aurum & argentum.

Psal. 11.

1. Cor. 3.

Haymo.

desiderabilis requiescit in ore sapientis: Argentum vero sint clara eloquia scripturarum. Simile quid dixerat antea Ambrosius ad Irenæum: Replebo domum argento & auro, eloquijs cælestibus, quæ sunt sicut argentum igne probatum, & veri claritate luminis sicut auro spirituali, in sanctorum occultis mentibus refulgēte. Has diuitias confert ecclesię suę, quibus intelligibiles thesauri replentur. Hos alij sequuntur. Ad literalem vero intelligentiam hoc adhibet Haymo. Poterant desperare Iudæi de templo magnifico extruendo, ob diuitiarum penuriam, quos his verbis consolatur deus, ac si diceret: Nolite dubitare, quòd possim implere promissa: Ego enim sum, qui condidi omnia, in manu mea est argentum & aurum, atq; omnes opes. Ego omnia quę sunt necessaria in ædificando vel ornando templum, abunde dabo. Accedit glosa hic.

Ambro.

Magna erit gloria &c.

Hic plenissime expulit omnem Iudæorum pusillanimitatem, qui verebantur, ne per inopiam, non possent, tam magnificum ædificare templū & sumptuosum, quale fuit Salomonis: At deus pollicetur gloriam huius domus nouissimæ maiorem futurā, quàm fuerit gloria domus prioris.

Hoc est quod cruciat Iudæos, & mire se hic torquēt: nam prophetia est clara, sine ænigmate, & verborum ambiguitate, gloriam domus secundæ esse maiorem quàm primæ. Ad hæc, quia prophetia est, & verbum factum est à deo, habet infallibilem & certissimam veritatem. At corruit domus secunda, à Romanis diruta, quare necesse est præterijsse hoc quod hic dicitur de maiori gloria: Hanc autem assignare nequeunt, nisi præsentiam saluatoris domini nostri Ihesu Christi. Liquet enim ex præcedentibus

hic prophetam aduentum Meſſiæ adſerere, adhuc ſtante domo ſecunda: Quæ quia corruit, euidentiſſimum teſtimonium eſt, Chriſtum adueniſſe: velut & præcedentia aperte commonſtrant, adhuc modicum tempus eſſe reliquum, vt veniat deſideratus cũ ctis gentibus.

EVASIONES IVDAEORVM.

At quia obdurati Iudæi malunt veritatem impugnare, quàm eam agnoſcere, & credendo ſalutem aſſequi: cum ſolidum reſponſum dare nequeunt, ad inanes ac friuolas euaſiões ac ſubterfugia recurrũt: Euacuabimus autem eorum figmenta efficaciter ex ſacrarum literarum ſcrinio.

Tertiũ templum.

Sunt enim qui ex circunciſis iſtis aureos montes ſibi pollicentur, & tertium templum fingunt à Meſſia, quem expectant, ædificandum. Quod & Rabi Salomon diuinatus eſt, velut Lyranus ſuper pſalmum quinquageſimum ſecũdum refert. Et hoc impudens mendacium etiam ſcripturis munire nituntur, quia apud Zachariam legatur. Hæc ait dominus exercituum, dicens: Ecce vir oriens, nomẽ eius: & ſubter eum orietur: & ædificabit templũ dño: & ipſe extruet tẽplum dño: & ipſe portabit gloriã &c. De Meſſia ergo volunt hoc eſſe dictum, ædificaturo eis tertium templum. Huc etiam aduocant Ezechielem prophetam in fine de ædificatione tam templi q̃ ciuitatis loquentem. Nugãtur præterea & Iſaiam de illo prætioſiſſimo templo futuro vaticinatum, & de noua ciuitate Hieruſalẽ. Ecce ego ſternam per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in ſapphyris: & ponã iaſpidẽ, ꝓpugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & oẽs terminos tuos in lapides deſiderabiles. At falſitatis conuincuntur Iudęi hic ex Haggęo.

R. Salom.

Zach. 6

Ezec. 48.

Iſa. 42

גדל יהיה כבד הבית הזה האחרון מן הראשן

Contra templum tertium. אמר יהוה צבאות, Maior erit gloria domus huius nouissimæ quàm primæ, dicit dominus exercituũ. Si ista secunda fuit nouissima domus, nulla ergo alia futura est. Obijciet Iudæus paratior ad impugnãdum quàm ad discendum. domum hic non dici à propheta nouissimam, sed posteriorem: at consideret milha מין comparandi notulam. Et quod Ionathas in Thargo suo vertit בתראה quód vltimum significat à בתר: Quòd si etiam locus iste esset ambiguus, audiamus Hieremiam: Hęc dicit dominus exercituũ deus Israël. Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum domini, templum domini, templum domini est. Ter dixit, templum, de tribus templis, quos dicit mendaces propheta, pollicentes sibi tertium templum, velut Petrus Nigri contra Iudæos Ratisponæ induxit. Accedit & testimoniũ Danielis, qui cum dixisset, post Christum occisum. Et ciuitatẽ & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio (prædixit de Tito & populo Romano) & iterum: Et vsq; ad cõsummationem & finem perseuerabit desolatio Quare desolatione templi perseuerante vsque in finem: frustra expectant Iudæi templum tertium ibi erigendum. Porro Malachias dixit: Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis. Hic omnium iudicio de Messia loquitur: sed illum dicit statim venturum: si statim, non potuit ad aliud templum venire quàm secundum: Et cæci obstinati ac stupidi Iudæi, iam bis mille fermè annis expectant illud statim: Pondera præterea, quod Malachias statim dixit, noster propheta dixit, Adhuc vnum modicum, modicum est'ne duo millia annorum? Vnde Petrus Nigri, vbi supra dicit pro regula in sacris scri-

Hier. 7

P. Nigri.

Dan. 9

Mala. 3

pturis,

pturis, multum tempus dici tempus mille annorum, & quod minus est, dici modicum. Adde, quòd Malachias non dicit Messiam ædificaturum templum tertium, vt somniant Iudæi, sed quòd veniet ad templum sanctum suum. Iam ergo prius ædificatum fuit templum, in quod Messias venit. Accelerat negotium, quod subdit: Ecce venit. Iam in procinctu est veniendi ad templū suum. Vnde Iuliano imperante Iudæis inodium Christianorum, vt templum reędificarent, extructa nutu dei conciderunt: Sic enim legitur in historia ecclesiastica: Et ecce nocte, quæ ad incipiendum opus iam sola restabat, terræmotus ingens oboritur, & non solum fundamentorum saxa longe lateq; iactantur, verumetiam totius loci penè ędificia complanantur: porticus quoque in quibus erat Iudæorum multitudo, quæ operi insistebat, collapsæ, omnes Iudæos oppressere. Sequenti die ex domo, in qua ferramenta aliaq; operi necessaria seruabantur, globus quidem ignis emicuit, & per medium plateæ percurrens, adustis Iudæis qui aderant, vltro citroq; ferebatur. Theodoricus in Tripartita historia eadem renarrat repetens à Rufino dictum, Iudæorum vestes crucis signaculo fuisse impletas, nigro colore signatō. Frustra ergo expectant Iudæi tertium templum, quod nunquā ędificabitur. Galatinus ad hęc adfert testimonia Rabinorum Rabi Salomon & Rabi Ezra, sed breuitatis studio, omittamus.

Regula.

Eusebius.

In fine.

Tripartita.

Lib. 5. ca. 10.

Ad Zachariam vero à Iudæis perperam inductū, faciliter respondemus: quoniam sicut est duplex Hierusalem, superna & terrestris, ita duplex est templū materiale scilicet & spirituale: Christus spiritale tēplum ædificauit sibi in beata Maria virgine, ædificauit templum deo, omnia corda fidelium: Templum dei sanctum est, quod estis vos, ait Paulus, & tem-

Galat. 4

1. Cor. 3. 6

2. Cor. 6

plum sanctissimum ędificauit beatorum in patria. Sic Isaiā prophetā pulchre interpretat̄ beatus Hieronymus hic super Aggæo, dicens: Neq; enim putandum est secūdum Iudaicas fabulas & inepta figmēta, deum auro & gemmis ædificaturum Hierusalē, & non viuis lapidibus, qui nunc voluūtur supra terram: & iuxta naturas lapidum, vel igniti fide sunt, vt carbunculus, vel toti cælestes & in thronum dei reducti, vt sapphirus, vel innocentiam & bonorum operum simplicitate lucentes, vt Chrystallus. Conuicti sunt itaq; Iudæi in manifesto errore, q̄ tertium frustra expectant templum splendidum & magnificum.

Hierony.

Aliæ euasiones Iudæorum.

R. Aben Ezra hic dicit. Rabi Iaphet hanc dat causam maioris gloriæ posterioris domus, quoniā prima stetit 410. annis: Secunda stetit 420. annis. Et sic fuit in diebus Herodis, sicut scriptum est in libro Ioseph Ben Gorion. Rabi Mosche existimat hoc cōditionaliter positum, si scilicet fuerint perfecte iusti, sicut ait Zacharias: Si audiendo audieritis me. Rabi Dauid Kimchi sic ait: Diuisi sunt magistri nostri bonæ memoriæ in hoc: Aliqui dicunt maiorem gloriam esse in annis, & aliqui dicunt in ædificio חה וזה היה. Et sic & sic fuit, id est, vtrunq; est verum, quoniam domus prima stetit annis 410. dom⁹ vero secunda 420. Fuit etiam domus secunda maior in ædificio, sicut scribunt Rabini in sermonibus eorum. Et in libro Ioseph filij Gorion scriptum est: q̄m ædificiū quod ædificauit Herodes in domo sanctitatis, non videatur ab æterno ædificium ita pulchrum & bonum, sicut ipsum ædificium templi. Similiter Rabi Salomon narrat quomodo Rab & Samuel contraria dixerunt: quia vnus dicit maiorem

R. Abēezra. R. Iaphet R. Mosch. Zacha. 7. R. Dauid. R. Salomon.

fuisse

fuisse gloriam in ædificio, alter in annis.

Et perscrutando inueni super ea re Iosephum lib. 15. antiquitatum. Vbi testatur maximis impensis Herodem 18 anno regni sui templum extruxisse, de cuius magnificētia, plura ibi commemorat, & quòd habuerit 10000 artificum, mille sacerdotes cementarios. Munsterus Hebraice refert Iosephum, tamen longe aliter quàm nos habemus in latino: inter alia inquit, non est visum ædificium sicut illud in toto mundo, quoniam omnia admiranda valde.

Euacuantur Iudaica.

Quòd Iudæi credunt se euasuros ad prophetiam istam: quia maior fuerit gloria secundę domus, pro pter 10. annos, quibus secunda domus superabat pri mam. Et quia sancti doctores nostri & in his annis & alijs, durationis totius mundi, maiores supputant numeros, vt in Eusebio, Philone, Beda, & Gregorio Turoneñ. facile est videre, annectamus hic tabellā breuem rerum celebrium secundum Iudæos ex libro סדר עולם.

Ab Adam vsq; ad diluuium, anni 1656.
A` diluuio vsq; ad Abraham, 292.
Ab Abraham vsq; ad descensum in Agyptum, 290.
A` descensu in Aegyptum vsque ad exitum, 430. anni, vt legitur Exodi 12. Hebræi solum computant 210. annos: nam textum intelligunt calculantem à promissione facta Abrahæ vsq; ad exitum.
Ab exitu Aegypti vsq; ad primum templum, 480. anni 3. Reg. 6.
A` templo primo vsq; ad eius destructionem, 410. an ni. Alij 429.
Tempus desolationis, 70. anni.
A` templo secundo vsq; ad eius deuastationem per Titum, 420.

Scio quomodo & ipsi varient, quibusdam tẽplo 440. annos tribuẽtibus, Iosepho tantum 339. annos numerante de bello Iudaico: & primo templo in An-

Li. 7. c. 8 tiquitatibus tribuit 370 annos: & sic prima domus

Li, 10. c. 8 duratione superasset secundam: sicut & Abraham Leuites dicit, templum primum stetisse annos 433. Et dicit numerantes solum 410. annos nõ computare annos Ioakim & Zedechiæ: Et Gregorius Turon. numerat annos 430. primi templi.

A deuastatione & captiuitate Romana vsq; in hunc annum domini 1535. præteriere anni 1460.

Itaq;, à creatione mundi,

Vsq; ad exitum filiorum Israël ex Aegypto, fluxerũt anni 2448.

Vsq; ad templi primi ædificationem, 2928. anni

Vsq; ad captiuitatem 3338 Alij 3308.

Vsq; ad natiuitatem Christi 3753. Alij 3760 & hoc cõmunius.

Vsq; ad destructionem per Titum 3828. Alij solum 35 8. error.

Vsq; ad Augustum à Christo nato 1535. fluxerunt iã anni 5288 Nostri tamen Iudæi scribunt numerum paruũ 295. Et iã in Tisri incœperunt scribere paruũ numerũ 296. Signum quod numerauerũt Christo nato 3760. quem computum secutus sum Tomo 3. Homilia v. de natiuitate domini: & communiorem dicit Paulus Forisempronieñ. Hæc adnotasse sufficiat, iuxta Hebræorum calculationem.

Nunc ad euasiones Iudæorum: quando enim primo hãc dilabendi quærunt rimam: Maiorem esse gloriam secundæ domus quàm primæ, propterea quòd 80. annis diutius stetit quàm primum Dico, quòd assumunt dubium, vt audiuimus: quòd si etiam esset compertum, quis vnquam maiorem gloriam ex hoc æstimauit, sic eñ fiet, vt Patauium, Pisa & similes ma-

les maiorem habeant gloriam quàm Roma, Et Treuiris omnes vinceret: Nullius ergo est momenti, q̄ de decem annis adferũt, vt spiritussanctus prophetam tam magnifice excitaret ad prædicendum: Implebo domũ istam gloria. Maior erit gloria: Si decē anni tam multum sunt in oculis Iudæorum de templo, cur in proxime præcedenti litera, vnum modicum in bis mille reijciunt annos? nullus credat prophetam tam puerilem, vt propter 10. annos voluerit tantam excellentiam templi prædicere: Minorē potius gloriam ex annis æstimare deberent, Nam à tota duratione templi secundi, illud non fuit honoratum à decem tribubus iam in Assyriam tralatis, sicut visitatum fuit templum primum sub Salomone, porrò de duabus tribubus adhuc maior pars fuit in Chaldæa & alijs regnis: quod liquet ex eo, quòd tot ascenderunt cum Esdra, tot cum Neemia. Tertio & hoc expende, decem illos annos non tanti pendēdos, quòd maiorem fecerint gloriam templo, cum hoc plus detrahat gloriæ templi, quod erat in ciuitate nondum ædificata, nec muris conclusa, nec turribus munita, nam hoc primum factum est Neemia pincerna regis ascendente. 20. anno Artaxerxis regis, quod post Darium factum est, vel sub Xerxe vel Artaxerxe eius filio, vt supra meminimus autores variare. Si ergo quadraginta annis vel pluribus stetit templũ in loco aperto, & non muris cincto, profecto plurimũ gloriæ decedit templo. Quarto & hoc considerandũ, decem annos nihil facere ad maiorem gloriam, quoniam etiam diutius stetit quàm primum, tamen multoties fuit violatum & prophanatum. Qui anni desecrationis si detrahantur, decem annos illos superabunt. Nam Ptolemæus Lagi filius id prophanauit, & plures Iudæos captiuos in Aegyptum duxit: Itidem fecit Ptolemæus

In gloria externa tē plum 2. minus primo.

Neem. 2

Templũ pollutũ.

mæus Epiphanes: sed Antiochus Syriæ rex omnium maxime templum polluit, qui Iouis olympij simulacrum in templo erexit, & Iudæos ad superstitiones idololatriæ, neglectis patrijs legibus compulit: Præterimus malos pontifices, Alchimum, Menelaum, Iasonē, in quibus nihil erat sacerdotio dignū. Dissidentibus autem Hircano & Aristobulo fratribus, venit Pompeius magnus, & milites sui templū polluerunt, innocentes occidendo: Et Pōpeius ipse sancta sanctorum ingressus, religionem ac ceremonias cælitus datas, contempsit. Deplorans hanc calamitatem Augustinus, inquit: Pompeius populi Romani præclarissimus princeps, ciuitatem capit, templum reserat, non deuotione supplicis, sed iure victoris: & ad sancta sanctorum, quo nisi summum pontificem non licebat intrare, non vt venerator, sed vt prophanator accedit. In hoc pius Pompeius, quod sacra vasa & thesauros attingere noluit: etiā hoc dignum sua virtute fecit. Vtinam ô vtinam tam pij forent hodie principes Christiani, quā pius fuit ethnicus Pompeius viui dei ignorans. At Crassus contra Parthos iturus, his non pepercit: sed sacrilegiū periurio accumulauit: Quem Cassius secutus, nihil impollutum in templo reliquit, anno septimo Cleopatræ. Sequitur longiorem illam templi secundi durationem, non in laudem & maiorem gloriam templi posse adduci: cum tot abhominatiões, prophanationes, ac pollutiones, in secundo templo contigerint: vt ob eam ipsam causam longe sit prima domo inferius.

1.Mach. 1. cum concordātijs. 2.Mac.14 1.Mac,4 Iosf.lib.14. capit.5 Lib.16.de ciuit.dei. capit. 45 Ioseph. vbi supra Iosf.li. 14. capit.5

Concludamus itaque stultam hāc esse & prorsus imprudentem Iudæorum euasionē, qui prophetam arbitranē, ob tam paruum & caducum tempus decem annorum, tantā excellentiam & gloriam promisisse tēplo secundo, cum toties fuerit prophanatum & pol

lutum

lutum, toties remorata fuerit eius gloria, vt nec stulto verisimile videatur, cum longior duratio plus ei opprobrij contulerit quàm gloriæ: Nolumus Herodis alienigenæ annos subducere, quòd iure possemus: quoniam veterem legem nouis ad inuentionibus corrupit, & decem Iudæos legis ac paternarum traditionum obseruantes, truculenter occidit. Quare luculentissime constat, inanem & euanidam hanc Iudæorum euasionem. Properemus ad alia.

ADVERSVS SECVNDAM Iudæorum euasionem

Cum vidissent Iudæi primum fucum de tertio tẽplo fictitio, nullius esse momenti vel probabilitatis, quòd propheta significanter loquatur de tẽplo illo secundo quod ædificabant. Non solum per ה ha iedia certificationis & monstrationis הבית sed adiecto simul alio certificante & monstrante discerniculo הזה, illud ipsum, confugerunt ad leuicula quædam alia. Ex quibus vnũ abunde confutauimus: veniamus iam ad alterum subterfugium, quo volunt miseri Iudæi templi secundi maiorem fuisse gloriam in ędificio. At quis illorum mendacia aperta nõ detestetur, nam primo, si tam magnificum fuisset ædificium, nulla fuisset causa lachrymandi senioribus, vt Esdras meminit: neque hic propheta induxisset eos dicentes: Nunquid non ita [est] quasi non sit in oculis nostris, quare nisi perfricta omnimode fronte poterunt extollere ædificium secundi templi ad magnificentiam templi primi: Accedit inhibitio Regia. Cum enim primum templum in altitudine habuisset centum viginti cubitos, abbreuiatum fuit opus regio ædicto sexaginta cubitis.

1.Esd.3

1.Esd.6

Dic ô Iudæa vbi est gloria templi secundi à propheta Aggæo tam solenniter celebrati: cum non solum voces, sed & lachrymæ tuorum testentur contrarium.

Herodis ædificiũ.

At recurris ad Herodis templum, quod fuerit augustius, Iosepho scribēte: Inscitiam tuam facile cõfutabimus. Nam ab Herode templum tam magnificum ædificatum, non memini alium describere, (de junioribus non loquor, qui errantes errantem sequuntur) Cum Christus Iudæis dixisset: Soluite templum hoc, &c. Illi statim obijciebant. Quadraginta sex annis ædificatum est templum illud, &c. Quod vtiq; dixissent de templo Herodiano, nisi cõstans fama fuisset in contrarium: quomodo enim de recenti opere in 8 annis consummato (velut Iosephus testatur) fuissent tam temerarij, vt dicerent quadraginta sex annis ædificatum est templũ, &c. At demus illis iactatum templum Herodianum. At mox illis obijciemus: Si Herodes aliud templum à fundamentis constriuxit, iam in eo prophetia Aggæi nota fuit expleta, quoniam propheta de illo ipso templo loquitur, quod tunc ædificabant: imò, vt mentis meæ sententiam exponam, fabulam credo Herodianum templum, cum tot causis obuiet omnibus prædicationibus propheticis. Templum tertium nec Antichristo admittimus, taceo Herodi. Et nullus omnino scriptorum dempto Iosepho, huius meminit templi Herodiani: Et quis crederet voluisse deum per prophetam ostendere, aut pro gloria æstimare, quòd homo funestus, rex impius, parricida, sicarius, sibi templum ædificaret, quem pacifico præferret Salomoni: Cum prohibuerit sibi à Dauide zelo dei ardente, ædificari templum: patietur'ne deus eum, qui templum prophanauit, sacerdotium sustulit, cõfudit ordinem, temerauit re-

Iohann. 2

1. Paral. 17

Chryso. de, Herode.

gnum, corrupit quicquid est religionis, quod legis, quod vitæ, quod morum, quod disciplinæ perdidit & confudit. Dauid templum ædificare prohibetur, quia vir sanguinum ipse: At Herodes sicarius in ciues, in nobiles latro, in domesticos prædo, interemptor plebis, occisor filiorum, in extraneos homicida, in proprios parricida, inebrians terram sanguine & cætera. Voluit'ne deus tam funestum ac impiũ regem ædificare sibi templum? Porro quando legimus magnificẽtiam primi templi in libro Regum & Paralipomenon. Quomodo omnia erant tecta auro purissimo, & ditissimus rex Salomon tantas in ædificando fecit impensas, quas Herodes etiam si voluisset, non habuisset: cum Salomon habuerit octoginta milia latomorũ. Et præpositi operum fuerint ter mille & trecenti. Et de diuitijs tempore Salomonis dicit scriptura eum habuisse mille & quingentos currus, ac duodecim millia equitum: fecitq́ vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudinẽ quasi sycomoros quæ nascuntur in campestribus: quare nunquàm concedemus Rabbinis & ipsi etiam Iosepho, potuisse Herodem magnificentius & augustius templum ædificasse, quàm Salomonem: præsertim cum Herodes fuerit triennio ante exhaustus, & thesauri sui consumpti, velut idem Iosephus testatur. Non dabimus ergo Iudæis vel tertium templum, neque templum in ædificio pretiosius quàm fuerit templum Salomonis. Et litera non patitur quæ loquitur de ista domo secunda, quam post vnum modicum, adueniente desiderato cunctis gentibus, erat impleturus gloria, & maiori gloria, quàm primum templum, propter præsentiam CHRISTI Messiæ benedicti, sicut clare præuidit Hieremias: Ecce ego conuertam conuersionem ta-

3.Reg.6
2.Par.3
3.Reg.10
Li.15.ca.12.

Hierem. 30 bernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor, & ædificabitur ciuitas excelso suo, & templum suum iuxta ordinem suum fundabitur: & egredietur de eis laus voxque laudentium. Infra. Et erit lux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. Hic clare propheta testatur de templo ædificādo, quod erit dux eius, hoc est Messias, ex eo: & prophetam loqui de Messia, ad hucapertius detexit Ionathas in Targo suo, dicens:
ויתרבא מלכיהון מנהון ומשיחיהון מבניהון יתגלי. Hoc est. Et vngetur rex eorum ex eis, & Messias eorum de medio eorum reuelabitur. Ecce gloriam secundi templi maiorem quàm primi templi: In primo templo locuti sunt prophetæ: in secundo templo Messias dominus prophetarum: qui docendo templū spirituale ædificauit, sicut in Exodo promisit. Sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ. sicut & regnum spirituale ædificauit ecclesiam in terris, & Hierusalem in cœlis. De quo alias plura: Sufficiat obtinuisse id, quòd etiam Burgensis adnotauit, maiorem gloriam non fuisse in externis diuitijs: ideo ait, Meum est aurum.

Confirmat superiora, prophetam non loqui de gloria ædificij, auri vel argenti, quod subdit.

Et in loco isto dabo pacem.

Pax. Iam de pace temporali huius mundi non potest intelligi: cum ab initio templi vsq; in finem semper fuerint motus bellorum: iam à Græcis, iam ab Aegyptijs, iam à Syris, iam à Romanis, iam ab Arabibus, iam bellis ciuilibus scindebātur, velut in parte liber Machabæorum indicat, & Iosephus fusius persequitur: quare intelligendum est de spirituali pace, quā Messias

Messias daturus erat. Haymo dicit, dominus dat pacem in ecclesia præsenti, compressis maligni hostis insidijs, & mitigatis vitiorum bellis: In futuro vero seculo dabit pacem veram & æternam. Hæc autem pax quam habet ecclesia, est peccatorum remissio, qua nulla alia poterit esse maior pax optabilior in terris. Nolumus plura hic congerere, sed qui voluerit ex Thalmudicis & Rabinorum Commẽtarijs videre Messiam aduenisse ante finem secundi templi, accedat Porchetum & Galatinum libro quarto capite vndecimo, & votorum compos erit. Hieronymus obelo iugulauit additum in Septuaginta: Et pacem animæ in acquisitionem omni qui creatur, vt suscitet templum istud: vndè exemplar Vaticanum ista non habet.

MVNSTERVS.

Expostulat hic cum Iudæis Hebraico sermone: quia propheta dicit, Adhuc vnum modicum: si autem Messias nondum venit, falsum dixit propheta, quoniam à tempore prophetæ vsque nunc, præterierunt plures anni quàm bis mille. Et adhuc dicit, Maior erit gloria domus istius posterioris quàm prioris: & quæ est ista maior gloria? Ista nempe, quoniam Messias venit in domum secundam, & visus est ibi, & fecit ibi signa & miracula, quæ non facta sunt in toto mundo: & etiam docuit multitudinem, & ostendit eis viam ad vitam æternam veniendi. Et si dicis propterea quòd domus secunda decem annis plus stetit quàm prima, vocatur maior q̃ prima. Sed est dicẽdum, qm̃ propter modicum tẽpus istud, domus ista secũda non fuit maior prima: sed in omnibus fuit minor q̃ domus prima: nam vasa primi tẽ-

pli fue-

pli fuerunt aurea, & secundi cuprea. Et defecerunt in secūdo templo decem signa, quæ prius facta sunt patribus vestris. Quibus enumeratis, meminit quomodo in domo prima fuerūt arca cū ppitiatorio & Cherub, ignis, maiestas diuinitatis, spiritussanctus, Vrim vethumim, quæ non fuerunt in templo secundo. Concludit ergo contra Iudæum, maiorem gloriam fuisse secundæ domus, quoniam in ea visus est Messias. Et rabini eorum non exponunt veritatem, dicendo: quia futurum sit vt ædificetur domus tertia in Israel, & tunc veniet Messias: quoniam propheta dicit specialiter domus istius postremæ quæ tūc ædificabatur, futura maior gloria quàm primæ.

Hęc Munsteri cur attulerimus, forsan miraberis, Euge causam inductionis aperiam: Nam cum Munsterus frequenti studio & diligentia non pœnitenda, tantum in Hebræis literis profecerit, quantum vix alius in Germania: & cū Iudæis sermone patrio ausus sit congredi: Verebar ne Iudæi, supra modum captiosi, nobis Christianis insultarent. Ecce hic vester Rabi Munsterus, qui plurimū doctus in lingua sancta apud vos famatur, Religiosus ex diui Francisci ordine, vnde reputatior apud vos Nazarenos habetur: Sed quis huic credat, aperte falsum dicenti, decem illa signa in templo secundo non extitisse: cui9 nec vmbram poterit ostentare, ait enim: עוד חסרון בו עשר נסי. Adhuc defecerūt in eo decē signa, &c.

Sed veritatem aperiamus. Iactitant Iudæi decem miracula & signa notabilia fuisse in templo primo & secundo: Munsterus falso credit illa ablata in templo secundo, in quo errauit At decem enumeremus, ex Thalmud Babylonico, in capitulo, Sebat Iamim שבעת ימים

1 Nulla mulier abortiuit propter odorem carnium sanctuarij.

Carnes

Carnes sanctuarij non fœtebant in æternum. 2

Non visa fuit vnquàm musca in macello templi. 3

Pontifici non contigit accidens (pollutio) in die sancto propitiationis. 4

Non est inuenta falsitas seu corruptio in gomer aut duobus panibus, aut in panibus facierum seu propositionis. 5

Stantes angusti erant, procidentes vero vt adorarent spatiosi. 6

Nunquàm nocuit serpens aut scorpius (dictionarius Germanus habet Eydechß) in Hierusalem. 7

Nunquam dixit vir socio suo, angustus est mihi locus ad pernoctandum in Hierusalem. 8

Pluuia nunquam extinxit ignem lignorum præparationis. 9

Ventus nunquàm coëgit (fregit vel vicit) columnam fumi. 10

Ita Galatinus, ita Porchetus renarrant: & continet liber quotidianarum orationum Iudęorum. Fuerunt autem Iudæorum sententia, ista signa in vtroque templo tam primo quàm secũdo: quibus Rabi Semaia duo addit: primo, fragmenta vasorum fictiliũ à loco suo absorbebantur: secundo, cineres altaris interioris & candelabri à loco suo absorbebantur. Cessauerunt autem ista signa templi, per quadraginta annos ante templi deuastationem, hoc est mox post obitum Christi. Hinc acclamatio R. Iohanan ben Zaccai, Templum templum cur destruis teipsum? scio quod finis tuus erit destructio, iuxta prophetiã Zacharię: Aperi Libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuos. Tunc inceperunt clamare cum Dauid: Signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. Iosephus multa refert prodigia ante destructionem templi facta. Et insigne est quòd Galatinus refert פירוש Rabi Ha-

R. Semaia.

R. Iohãna.

Psal. 73

darsan

darsan קידם שנולד מוליך ישראל בגלות האחרון נולד הגואל, id est, Antequam natus esset adoucens Israël in transmigrationem (hic est Titus) nouissimã, natus est redemptor (hic est Christus:) sed iam nimis longam fecimus digressionem, ad textum reuertamur.

DOCTRINAE MORALES AC mysticæ huius textus.

1 Discant ministri ecclesiæ facere opera bona in domo dei: tunc enim deus dabit spiritum suum in medio eorũ: Vtinam pontifex & totus clerus facerẽt opus bonum, concilium œcomenicũ, in domo dei, in ecclesia sua sancta: nemini dubiũ, quin deus pro sua clemẽtia mitteret spiritũsanctum, sicut ꝓmisit Christus: vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ: Nam nullũ aliud efficacius remedium ad ecclesiam dei restaurãdam, quàm concilium, de quo aliâs plura. *Mat. 18*

2 Cum Sept. verterint. Et venient electa omniũ gentium, pro eo q̃d nos legimus, Et veniet desideratus cunctis gentibus. B. Augustinus de ciuitate dei pertractans hunc locum, inquit: Quo loco Septuaginta interpretes, aliũ sensum magis corpori q̃ capiti, hoc est magis ecclesiæ quàm Christo conueniẽtem, prophetica autoritate dixerunt: Venient enim quæ electa sunt dñi de cũctis gẽtibus, id est homines, de quibus ipse Ihesus in Euangelio: Multi sunt vocati, pauci autem electi: Talibus enim electis gentium domus dei ædificatur per testamentum nouum lapidibus viuis, longe gloriosior quàm templum istud fuit, quod à rege Salomone constructum est, & post captiuitatem restauratum. *Li. 18. ca. 45.* *Math. 20*

Hierony. Hieronymus eiusdẽ est sentẽtiæ. Ob id omnes nationes motæ sunt, vt veniret electa gentium multitudo,

multitudo, & quæcunq; præclara. Verbi gratia, Electa de Corintho, quia multus erat in ea populus dei. Electa de Thessalonica. Electa de Epheso. Quid plura? Omnes gentes commotæ sunt, ad quas saluator apostolos miserat: & ex multis vocatis pauci electi, primitiuorum ecclesiam construxerunt. Vnde & Petrus ait: Salutat vos quæ in Babylone est electa. Et Iohannes Senior electæ dominæ. Ego simpliciter intelligo, Electa, hoc est, prædestinata: Nam dum Christus & apostoli prædicarent Euangelium, commotæ sunt omnes gentes. Mali enim mouebantur persequendo Euangelium, boni vero credendo: cū prædestinati illud alacriter acceptarent. Disce tu esse exelectis, & venire ad desideratum cunctis gentibus per veram fidem & ardentem charitatem: Cū ergo venerint electa omnium gētium, tunc domus domini impleta est gloria, quæ est ecclesia dei viuētis, columna & firmamentum veritatis.

1. Pet. 5

1. Tim. 3

3 Maior est gloria domus secundæ quàm primæ, Maior gloria ecclesiæ quàm synagogæ: præstat enim in rectoribus, in doctrina, in sacramentis, in sacrificijs, in donis. Hugo ait, est maior gloria ecclesiæ, in numero, merito & gratia. In Rectoribus, quoniam maior est dignitas apostolorum quàm prophetarum & patriarcharum: deduximus aliâs in Homilijs, tomo secundo, dominica quarta. Nam in hoc enormiter blasphemauit ecclesiam Oecolampadius, qui in sacrilego libro suo aduersus Eucharistiā, ausus est vetus testamentum æquare nouo testamento: Ergo figura æquabitur veritati, promissio promisso, seruus domino, vmbra corpori. At Episcopus Roffensis sanctæ memoriæ (cuius viri & Thomæ Mori gratia me adijsse Angliam, & eorum vsum colloquio, mensa & hospitio non immerito glorior) Iohannes Fischerus, hunc errorem digna confecit censura.

Roffeñ.

censura? Maior est gloria domus nouissimæ, etiamsi nolit Oecolampadius, si contradicat Iudæus.

4 Maior est gloria domus nouissimæ, etiam huc referri potest. Humanam naturam post lapsum per reparationem Christi esse gloriosiorem, quàm fuisset Adam non lapso, vt cum Gregorio dicamus: O' fœlix culpa, quæ talem meruit habere redemptorem. (Non me clam est, quid olim Stapulensis hic ecclesiæ catholicæ obiecit: sancta esse postrema Clichthouei viri doctissimi sententia.) Communi eñ sententia, si Adam non peccasset, Christus non fuisset incarnatus, vbi iam essent martyrum, virginum, & confessorum aureolæ? vbi probata Iob patientia? vbi Dauid & Magdalenę pœnitētia? vbi tot miracula ædita? vbi tot dona spiritussancti & sacramenta data?

Q.1.tertij. Et quòd Marsilius credidit, Regnum beatitudinis vna anima auctius esse, quàm si Adam non peccasset. Verum est me hoc confutasse in Chrysopasso prædestinationis, & adeo valide, vt in hunc diem non videam quo pacto se tueretur Marsilius, etiamsi cogitaret redire ad hanc vitam.

Discat declamator verbi diuini sæpe ingeminare autorem verbi, hoc est deum ipsum, & sacrarū literarum testimonia pertinenter (non modo Lutherico dilacerare) ad institutum adducere: Sic vates toties ingeminat hic: Hæc dicit dominus exercituum. Nō quod pariat auditori fastidium, sed vt faciat eum attentum, vt sentiat magnam esse & dignam promissore deo remunerationem: Ait Hieronymus. Ad maiora promissa semper hæsitat humana infidelitas: propterea iterum & iterum dico, qui promitto, dominus sum צבאות Sabaoth, dominus παντοκράτωρ omnipotens, & dominus δυνάμεων virtutum, hæc adijcere placuit, pro vsu textus,

R.Tuitiē.

Hierony.

HEB.

HEB.

בְּעֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה לַתְּשִׁיעִי
בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם לְדָרְיָוֶשׁ הָיָה
דְּבַר יְהוָה אֶל חַגַּי הַנָּבִיא
לֵאמֹר ׃ כֹּה אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת שְׁאַל־נָא אֶת ה
הַכֹּהֲנִים תּוֹרָה לֵאמֹר ׃
הֵן יִשָּׂא אִישׁ בְּשַׂר קֹדֶשׁ
בִּכְנַף בִּגְדוֹ וְנָגַע בִּכְנָפוֹ אֶל
הַלֶּחֶם וְאֶל הַנָּזִיד וְאֶל
הַיַּיִן וְאֶל שֶׁמֶן וְאֶל כָּל
מַאֲכָל הֲיִקְדָּשׁ וַיַּעֲנוּ הכ
הַכֹּהֲנִים וַיֹּאמְרוּ לֹא ׃ וַיֹּאמֶר
חַגַּי אִם יִגַּע טְמֵא נֶפֶשׁ
בְּכָל אֵלֶּה הֲיִטְמָא ׃
וַיַּעֲנוּ הַכֹּהֲנִים וַיֹּאמְרוּ יִטְמָא ׃
וַיַּעַן חַגַּי וַיֹּאמֶר כֵּן הָעָם
הַזֶּה וְכֵן הַגּוֹי הַזֶּה לְפָנַי
נְאֻם יְהוָה וְכֵן כָּל מַעֲשֵׂה
יְדֵיהֶם וַאֲשֶׁר יַקְרִיבוּ שָׁם
טָמֵא הוּא

GRAEC. SEPT.

τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ ἐν-
νάτου μηνός. ἔτους δευτέ-
ρου ἐπὶ Δαρείου, ἐγένετο
λόγος κυρίου πρὸς Ἀγγαῖ-
ον τὸν προφήτην λέγων.
τάδε λέγει κύριος παν-
τοκράτωρ. ἐπερώτησον
δὴ τοὺς ἱερεῖς νόμον, λέ-
γων. ἐὰν λάβῃ ἄνθρω-
πος κρέας ἅγιον ἐν τῷ
ἄκρῳ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.
καὶ ἅψηται τὸ ἄκρον τοῦ
ἱματίου αὐτοῦ ἄρτου, ἢ ἑψή-
ματος, ἢ οἴνου, ἢ ἐλαίου,
ἢ παντὸς βρώματος, εἰ
ἁγιασθήσεται, καὶ ἀπε-
κρίθησαν, οἱ ἱερεῖς, καὶ
εἶπαν οὔ. καὶ εἶπεν Ἀγ-
γαῖος. ἐὰν ἅψηται μεμι-
ασμένος ἐπὶ ψυχῇ ἀ-
πὸ παντὸς τούτων εἰ μιανθή-
σεται. καὶ ἀπεκρίθησαν καὶ
εἶπαν μιανθήσεται. καὶ ἀ-
πεκρίθη Ἀγγαῖος καὶ εἶπεν.
οὕτως ὁ λαὸς οὗτος καὶ οὕ-
τως τὸ ἔθνος τοῦτο ἐνώπιον ἐ-
μοῦ λέγει κύριος, καὶ οὕτως
πάντα τὰ ἔργα τῶν χει-
ρῶν αὐτῶν καὶ ὃς ἂν ἐγγί-
σῃ ἐκεῖ μιανθήσεται ἕνεκεν
τῶν λημμάτων αὐτῶν.

καὶ τῶν ὀρθρινῶν οὐ δυνηθήσονται ἀπὸ προσώπου πονηριῶν αὐτῶν. καὶ
ἐμισεῖτε ἐν πύλαις ἐλέγχοντα. Aldinũ secutus uariat parũ à Cõpl.

In XXIIII. noni mēsis, in anno secūdo Darii regis, factū est uerbū domini ad Aggæū prophetā, dicens: Hæc dicit dominus exercituū: Interroga sacerdotes legē, dicens: Si tulerit homo carnē sanctificatā in ora uestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentū, aut uinum, aut oleū, aut omnē cibū: nunquid sanctificabitur? Respondentes autē sacerdotes, dixerunt, Nō: Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his: nunquid cōtaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerūt: Cōtaminabitur. Et respōdit Aggęus & dixit: Sic populus iste, sic gēs ista ante faciē meā, dicit dominus, & sic oē opus manuū eorum, & omnia quæ obtulerunt ibi, cōtaminata erūt.

SVMMARIVM.

In nono mense, numero non admodum in scripturis laudato, Haggæus increpatoriam prophetiā prænunciat: Et vt ansam haberet increpandi, iussu dei duas proponit quæstiones ex lege: prima, Si habens

bens carnem sanctam inuolutam vestimento, & tangens panem aut alium cibum, an tactum sanctificetur à carne sancta tangente? & respõderunt. Non: Secunda quæstio. Si homo pollutus secundum legem, tetigerit aliquid illorum, an illa polluantur? & responderunt illa pollui. Ex quo responso grauiter infert propheta contra Iudæos: subsumens, populus iste est pollutus iudicio meo: Quare bene sequitur, ꝙ omne opus manuum illorum sit pollutũ: & omnia sacrificia illorum sint polluta. At ista concisa sunt, iam vberius omnia explicemus.

EXPLANATIO SVCCOSIOR.

Primo nobis occurrit nouenarius, de quo Hiero. ait: Noni mẽsis numerus nunquàm in bonã partem legit: Pascha immolat populus, & alias celebrat festiuitates: at omnis eius solennitas finitur die octauo, nec ad nonum peruenit: Post nonam diem præparatur agnus paschalis: post diem nonum agitur festũ expiationis. Nono mense obsessa est Hierusalem. Cõuenit ergo mensis iste nonus, Conuenit annus secũdus huic obiurgationi propheticæ super immunditia populi & sacerdotum. Argumentum istud à nouenario deductum, arbitror suasiuum, quod ego fortificarẽ nouẽ illis leprosis ingratis Christo: & ꝙ nouem partes habitauerunt in ciuitatibus: & solum decima pars in ciuitate sancta, quando illa post captiuitatem fuit restaurata: At non stringere conuincitur, quod mox obijcerem ei Nouenarium sacratissimorum ordinũ spirituum cælestium: sunt etenim nouẽ ordines angelorũ omniũ sententia Et Ezechiel nouem enumerat lapides prætiosos: & nouem fuerunt, qui terrã promissionis diuiserunt: Et hora nona assumpta est pro seruicio horis canonicis: quia & Petrus & Iohannes ascenderunt ad horam oratio-

Hierony. Exo. 12 Leui. 23 Hier. 39 Nouem. Luc. 17 Dionys. de cælest. Hierarch. Ezec. 28

Act.10 nis nonam: Et Cornelio hora nona apparuit angelus nuncians salutem. at ista missa faciamus: veniamus ad magis ardua.

Factus est sermo domini ad Aggæum.

Hierony. Ponderat & hoc B. Hieronymus, quod propheta modũ loquendi variarit nam superius semper dixit: factum est verbũ domini in manu Aggæi ꝓphetæ: hic vero tacita manu, inquit, factus est sermo dñi ad Aggæum: cuius hanc rationem assignat Hieronymus: primo enim Aggęus adhuc proficiebat, & ibat de virtute in virtutem: cor autem illius necdũ plenã sapientiam habebat. Et quia habitabat inter eos qui dicebant, nondum venit tẽpus domus domini ædificandę, factus est sermo in operibus eius, quæ manu significabantur: posteaquàm autem incepta sunt fundamẽta: & ingressus est populus cum principibus in domum dei, & audierunt illa arcana mysteria de aduentu desiderati cunctis gentibus: iam plenus vaticinio, quia & domũ dei vidit implẽdam gloriã: propterea modo ad totum Aggæũ fit sermo domini: Vnde & in vltima prophetia iterum variat modũ loquendi: & solius meminit Aggæi, omisso nomine prophetæ, illius scilicet festa celebrantis domini: q̃d quasi præsentem cerneret Messiam, de eius aduentu lętaretur, velut suo loco monstrabimus.

Interroga sacerdotes legem.

R. Salom. De causa interrogandi latius disputemus. Rabi Salomon ait, eos esse interrogatos: ꝙ forte obliti fuerunt iura pollutionis & mũditiei in captiuitate: Clarius exponit Rabi AbenEzra. Interrogauit Cohenim doctores legis (מורי qui docet & ostendit legẽ, doctorem & legislatorẽ significat à verbo ירה) in

R. Abenezra.

diebus

bus autem Aggæi obtulerunt sacerdotes xix. annis super altari extructo anteq̃ templum ædificaretur: Et quia inter sacerdotes fuit Iosue sacerdos magnus: conueniebat, vt legem exquirerēt ex ore eius iuxta pactum, quod deus fecit cum Leui: vt sic non erraret in responsis suis: Subscribit Rabi Kimhi dicens, quòd à die qua ascenderunt de captiuitate, & attigerunt loca sua & patriam, ædificauerunt altare, & obtulerunt in eo: & sic xix. annis altare fuit extructum ante templum: Non autem interrogauit eos propheta his omnibus annis, propterea quòd oblatio nō fuit res præcepti, vsq; in diem, quo inceperūt ædificare domum domini. Inceperunt aūt præparare necessaria ad ædificationem mense sexto Elul, & in mense nono, ipse Cisleu, in xxiiii. die inceperunt ædificare, & in illo ipso die venit irradiatio prophetica super Haggæum, vt interrogaret eos de iuribus mundi & polluti.

Mal. 2

R. Kimhi.

Scio optime Auditor, nondum tibi satisfactum esse per Rabinos istos: desideras enim scire, cur istæ quæstiones motę sint sacerdotibus, cum annexa increpatione: Hugo hic dicit: Cū Iudęi primo negligētes essent in templo ædificando post lapsum Septuagesimi anni, increpauit eos propheta: Populus iste dicit, &c. Incipientibus autem structuram, obuiauit pusillanimitas, qua desperabant se posse ædificare tā magnificum & gloriosum templum, sicut fuit templum primum. Hoc impedimentum fuit amotum prophetia superiori, vbi deus promisit maiorē gloriam secundi templi q̃ primi. At iam feruente opere, tertium occurrit impedimentum, quòd plures nihili pendebant ædificationem templi, quòd eis sufficeret ad cultum diuinum altare prius extructū, in quo hostias offerrent: & sumptibus parcere volentes, in altari volebant esse contenti. Hoc voluit post

Hugo.

Triplex impedimentum.

Hierony. multa dicere Hieronymus, vt opinor, cuius verba subscribere placuit: O' popule, qui altari tantum extructo, & diruta domo mea, hostias in altari offers: & victimis illis te sanctificari putas. Scito non tam sanctificari te ex hostijs illis, quàm contaminari omnia opera tua, & cuncta quæ agis, ex eo quòd me negligis: & tuam magis domum, quàm meam extruere curas. Forte adhuc cupis audire sententiam meam: Audiuisti amussim secundum quàm prophetarum sensus sunt eruendi: Non enim credo me plenam intelligentiam prophetæ assecutum, quãdo in eo non inuenio saluatorem nostrum Messiam, aut ecclesiam cum fidelibus suis, aut inimicorum subpeditationem. De quo plura in expositione Tuitiensi.

Si tulerit homo carnem sanctam.

Oecolãp. Oecolampadius pro solita temeritate, dicit hic sanctum accipi pro immundo, & sanctificari pro
Vergil. cõtaminari, velut apud Virgilium, Auri sacra fames,
Sanctum quia & scortum dicatur קדשה, hoc est immunda & polluta.

Sic maluit Oecolampadius synagogæ sequi doctores, quàm doctores ecclesiæ: Inuenio enim & Rabi Salomonem sic interpretantem: nam super
R.Salom. verbo בשר קדש inquit: בשר טומאת נבילה או שרץ, hoc est, caro polluta, cadauerosa vel reptile. Dictionarius Germanicus pro שרץ habet. Vnziuer. Et infra super verbo היקדש, ait idem Hoc est, nunquid polluetur: nam eadem dictione היסתאב vtitur Ionathas in Thargo: licet Rabi Dauid dicat,
Thargũ. in quibusdam codicibus legi היתאכר hoc est nun-
R.kimhi. quid est prohibitum, primum venit à verbo סאב, secundum

ꝯundum autem à verbo אמר

In eadem ergo ſententia eſt Rabi kimhi, qui etiam per carnem ſanctam intelligit carnem pollutam, immundam: & verbum יקדש exponit per verbum יטמא, hoꝫ ſequitur Munſterus. Verum plus credamus ſancto Hieronymo, qui & ſanctum & ſanctificari, proprie poſuit: credamus Septuaginta, qui verterunt κρέας ἅγιον, carnem ſanctam. Et, εἰ ἁγιασθήσεται, ſi ſanctificabitur: & omnes ſancti doctores in eccleſia ita legerunt & intellexerunt: ideo reiectis illis nouatoribus, maneamus cum lectione eccleſiaſtica: Ne autem aliquis inſolens tumeat Rabinurum illorum autoritate, afferamus Rabi Aben-Ezrra in lingua ſua eruditiſſimum, qui huiuſmodi Peruſchim facit hoc loco: בשר קדש כמשמעו הקודש כמש והפך יקדש יטמא ואם יקדש יטמא למה ישנה כי זה הכתוב אחר זה וכתוב ולא תטמאו והייתם קדושים והיא מתקדשת מטומאתה: Hoc eſt, Carnem ſanctam. Sicut ſonat ſanctum proprie. Et contrarium ĳkedaſch eſt pollui; Etſi ĳkadaſch ſignificaret pollui: quare variauit ſicut ſcriptum eſt in ſequenti verſu (Vult dicere. ſi ſanctum eſſet idem quòd pollutum, quare variauit primo, dicendo ſanctum, & mox ait, pollutus anima. adfert teſtimonium, quòd ſint contraria): quoniam ſcriptum eſt: Et non polluamini & eritis ſancti. Et iterum: Sanctificata eſt ab immunditia ſua: & pergit hoc pluribus probare: & confirmat autoritate Rabi Menachim ben Sarok Hiſpani, & bene expoſuit.

Quod autem aduerſarĳ veritatis adferũt קדשה kadeſcha ſignificare meretricem, quaſi pollutam & immundam: ad hoc reſpondet idem Rabi, ꝙ expoſitio illius dictionis non ſit polluta: ſed quia

Munſteri

Hieron.

Exo. 19

2. Re. 11

preparans & disponẽs seipsam ad omne desideriũ & beneplacitũ. Vult dicere. Cum verbũ קדש significet & sanctificare & praeparare, sicut Hieremiae VI. sanctificate, hoc est praeparate bellũ: hinc ergo scortum dicitur Kadescha, hoc est parata ad prostitutionem: Et qui parabant virgines maritis apud Aegyptios, vocabantur kadeschim. Ideo scriptura prohibuit opus terrae Mitzraim, Aegypti, vide Hieronymum late super hac dictione disputantem. Veniamus ergo ad explanationem literae.

Si tulerit homo carnem sanctam.

Hierony. — Pollutus carne.

Ante solutionem quaestionum, oportet scire, quid sit caro sanctificata, & quid sit immundus in anima, ait Hieronymus, Nam hostia quae immolabatur in altari, carnes illius sanctae erant: in his tamẽ erat magna diuersitas. Alias comedebant soli sacerdotes, alias propinqui eorum domi, alias Israëlitae mundi. Remittit se ad Leuiticum, ita enim dicitur in Leuitico: Quicquid reliquum est, erit Aaron & filiorum eius sanctum sanctorum de oblationibus domini. Et iterum: Reliquam partem similae comedet Aaron cum filijs suis absque fermento: & comedet in loco sanctuarij tabernaculi. Mares tãtum stirpis Aaron comedẽt illud. Et de lege hostiae pro peccato ait: Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. Simile statuitur in hostia pro delicto: Et de hostia pacificorum dicitur: Cuius carnes eâdem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquàm vsque in mane: Si autem fuerit oblatum ex voto & spõte, licitum est residuum vesci in crastinũ: quicquid autẽ tertius inuenerit dies, ignis absumet. De hostia pacificorũ ait: Qui fuerit mũdus, vescet ex

Leui. 2 — Leuit. 6 — Leui. 7

ea: Im-

ea: Immundus si comederit, pereat. Hæc de multis sufficiant, lege cap. 22. Leuitici.

Pollutus in anima fit varijs modis, vt in eodem Leuitico late describitur. Tangens morticinium, le prosus, patiens fluxum seminis, menstruata, puerpera, cognoscēs menstruatam, quæ patitur fluxum sanguinis, comedens animal secundum legem immūdum. Q ię item tetigerint strata vbi dormierint, vasa, vestes, loca vbi sederint: Et erant gradus in pollutione: quoniam sacerdoti plures personæ erāt prohibitæ quàm laico: & pontifici omne morticinium erat prohibitum, vt etiam super parentibus mortuis non ingrederetur.

Pollutus anima.

Leu. 7. 11, 12 13. 15. 22.

Leuitici. 21

Quærit ergo propheta, An habēs carnem sanctā in ora vestimenti sui, & summitate eius tangens panem aut vinum, &c. nunquid sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes, Non: dictio hic posita כנף versa est à Septuaginta ἄκρον, extremitas, summitas: Hieronymus vertit eleganter oram vestimenti: quē secutus est Santes: at Oecolampadius & Munsterus Alam verterunt, Dictionarius Germanicus habet, Geren. fettich, ect.

Hierony.

Dubitant, an recte responderint sacerdotes. Rabi Dauid Kimchi dicit variā fuisse Rabinorum sententiam: Aliquibus dicentibus, eos conuenienter respondisse, alijs id negantibus: Rabi Salomon nominat Rabi Rabet. Rabi Samuel: Hoc euenit propter variam eorum assignationem (vtrāq; enim quæstionem intelligunt de polluto) immunditiei: nam faciunt שרץ reptile patrem pollutionis, vel morticiniū: alij vestem faciunt patrem prophanationis: & caro iniecta vestimento, fit filius: panis vero vel vinū ab his tactum, fit nepos prophanationis: & cibus vlterius contactus fit pronepos prophanationis: & tūc reptile esset auus pollutionis. Et ista est sententia

R. Kimhi.

R. Salom.

 Kimchi,

ximhi, quam truncat Munsterus.

	Auus.	*pater.*	*filius.*	*nepos.*	*pronepos.*
Prima.	I	II	III	IIII	V
	Reptile.	*Ora uestimēti.*	*Caro sancta.*	*Panis, potus.*	*Cibus tact⁹*
Secunda.		I	II	III	IIII (*à pane uel potu*

Hic habes quinqȝ per ordinē, & tñ Munsterus solū facit tria mēbra, cū debebat vidisse Rabinos toties facere mentionē quarti & quinti mēbri Nā Rabinos aliquos refert ob hoc dixisse, sacerdotes nō bene respondisse, qa & quartum immundum sit in prophanatione. Nā de tertio interrogati, responderūt, illud esse pollutum, ꝙ non exciderat eis in hoc scientia legis, sed quarti membri fuerant obliti. At Rabini qui dixerunt eos bene respōdisse, supputauerunt, interrogationem primam factam de quinto membro: Ob hanc Rabinorum varietatem factum est, vt geminum numerū figuræ præcedenti imposuerimus.

Vnde variatio Rabinorum.

VERA SENTENTIA.

Omissis autem Iudęorū prodigijs, tractemus illas quæstiones iuxta sentētiam sanctorū patrum. Et quidem hoc primum assumamus, interrogasse prophetam de carne sancta, hoc est super altari oblata: nā per oblatiōem sacerdotis efficiebatur sancta, vt prius ex Leuitico ostendimus: Et responderunt sacerdotes: Carnē sanctam non sanctificare per contactum medij, mediante. s. vestimento: Obijcis ex Leuitico: Qui tetigerit ex eis, sanctificabit. Respondet Hugo, illud sic accipiendum: Nullus tāgat nisi sit sanctus. Agit ēm ibi de oblatione facta pro sacerdote. At diceres, illud esse nimis violentū, & contra ordinem rerum: nā textus plane dicit tangentē sanctificari: Hugo prorsus conuertit, sanctū tangere. Hinc Esitius motus est (vt in glosa ord. renarrat) vt dixerit, illud ad literā stare non possit: qm̄ sic prophanus, & homicida

Leuit. 6

Hugo.

cida tangens sanctificaret, quod reputant absurdũ. Esitius. Itaq; recurrit ad mysteria, & qui Christi carnẽ tetigerit, hoc est fideli corde totã spẽ salutis in passione eius & resurrectione posuerit, is cõtinuo sanctificabit. Dein per tactũ intelligit commorationẽ dei, quę p̃stat sanctificationẽ. At Esitio quis mox obijciet, legalia ista Iudæis data, etsi magna mysteria fidei nostræ significauerint, Apost. dicente: Oĩa in figura cõtingebãt illis, tñ primarius significatus ad literã pertinebat ad Iudæos Non enĩ dubitamus in mysterio oĩa plenissime in nouo testamento esse cõsummata in Christo: verũ per hoc literalis sensus non abijcit, quo gens Israëlitica edocta est, quid facere debeat & omittere, velut pulchre August. contra Origenẽ euincit, nobis paradisum terrestrem allegorijs surripientẽ. Accipe huius rei testem: Nemo ex catholicis ignorat agnũ paschalem significasse Christum, siquidem pascha nostrum immolatus est Christus: verũ quis auderet dicere, Iudæis non præceptam fuisse paschalis agni obseruantiam? Quare ex Esitio petimus sensum ad literam, de mysterijs alioqui sumus bene contenti.

I. Cor. 10

Aug. in epl sto. ad Vin.

I. Cor. 5

Quare intelligendo secundum communem, nullã patimur anxietatem: nam quæstio sacerdotibus formata, nõ quærit de sanctificatione tangentis carnẽ sanctam, sed quærit, an sanctificetur illud tactum per contactum tangentis carnem sanctam. Dicam rusticius mi auditor: Non quærebat ex sacerdotibus, An tangens carnem sanctam sanctificetur, nã sic clara est resolutio ex Leuitico: sed quærit, an sanctificatum ex tactu carnis sanctæ, sicut est ora vestimenti, etiam sanctificet contactum à vestimento: Hoc quia ex lege, quod ego meminerim, nõ probatur, ideo recte responderunt sacerdotes secũdum legem: Quomodo enim tã celebris sacerdos, sicut

fuit Ihesus filius Iosedech, tantopere in sacris literis commendatus, potuit legem ignorare, velut Rabini aliqui ei improperant, eum male respondisse: cum Ihesus filius Syrach nepos eius, testatur eũ fuisse diligentem in lectione legis & prophetarum ac aliorum librorum.

In prologo Eccesiast.

Sumitur etiam ex hoc argumentum, responsiõem sacerdotum fuisse bonam: quoniam vt Hieronymus ait, propheta tacens de prima responsione, de secunda duntaxat responsione contexit sermonis sui occasionem.

Hierony.

R. Abenezra.

Hoc approbat & R. Aben Ezra. Et recte responderũt sacerdotes: ex quo caro sancta, illa non attigit, sed solum oram vestimenti: ideo non sanctificant.

R. David.

Et Rabi Kimchi post multam altercationem & varias sententias, tandem concludit: וענין הפרשה מוכיח. זה הטעם שלא טעו שלא הוכיחם אלא על ענין הבית בכל הפרשה. Hoc ẽ. Et negotiũ (causa) huius capituli probat hanc rationẽ, quòd non errauerunt (sacerdotes) quòd non corripuit eos, nisi super negotio domus in toto capitulo. Origenẽ in mysticis allaturi sumus. dictum Leuitici R. Salomon de rebus, non de hominibus intelligit.

R. Salom.

Si tetigerit pollutus, &c.

Hierony.

Si pollutus in anima, hoc est qui contagiõe mortui est immũdus effectus, si tetigerit panem vel vinum, vel cibum: erit'ne contaminatum ex eius contactu? Et responderunt sacerdotes, omia quæ ab immundo tacta fuerint, polluentur: Inquit Hieronymus: Da aliquem nescientem legem, & sicut respondit de carne sancta, non sanctificari panem, aut vinum, aut cibum: ita hic forte per similitudinem deceptus, responderet pollutum in anima, non polluere tactu suo panem, & vinum, & cibos, &c.

Hierony.

At acutus hic diceret, quæstiones non similiter formatas de sancto & polluto: Nam de sancto interrogabat, an per medium sanctificaret tactu suo, scilicet, per oram vestimenti: sed de polluto absolute proponitur, si rem contigerit, nulla habita medij ratione. Quòd si recte illa intelligo, vbi litera aperte videtur indicare, cessant quæstiones veterum & iuniorum: Nam quòd Hieronymus veretur ignorantem legem respondisse affirmatiue ad interrogatũ secundum, sicut ad primum: Hoc nec subtilis Ethnicus respondisset: cum aliud sit tangere per medium vt in prima quæstione: & aliud tangere sine medio vt in secũda quæstione: nemo tamen arbitretur, me tanti viri, Hieronymi puta, velle minuere existimationem, sed quod rem minime controuersiam, non tam acute examinauerit. Sic & Lyranus mouet dubium, aliquanto exactius: Quare pannus ex contactu carnis sanctę sanctificatus, non sanctificat tactu suo panem, cum homo pollutus ex contactu rei immundæ, suo contactu polluat rem tertiam.

Hyerony.

Subtiliter inuestigare.

Lyra.

Sanctificat		*Non sanctificat*
I	II	III
Caro sancta	*Ora uestimenti*	*panis cibus*
Morticinium	*Homo tangens*	*panis cibus*
polluit		*polluit.*

Respondet Lyra: primo quia facilius est destruere quàm construere: ita facilius est polluere, q̃ sanctificare. Præterea quia homo magis susceptiu⁹ est sanctificationis & pollutionis, quàm res inanimata: propterea homo pollutus magis polluit tactu suo, quàm pannus sanctificatus sanctificet per tactum suum. Hugo tertiam addit ratiõem, quoniã malũ ex nobis est. Perditio tua ex te Israël, ait propheta, sed iustitia per gratiam Christi: Vnde si imitemur malos, erimus mali. Et quia bonum nõ est ex

Osee.13

nobis, etiamsi imitemur bonos, non efficimur boni nec ab ipsis, nec à nobis, sed ex gratia dei: Burgensis improbat rationem Lyranam, sed quia ipse omnia refert ad illationem prophetæ, & non explicat legalium rationem: ideo sententiam suã eò reseruemus. Fortius ego improbarem Lyranum: quia homo tactu carnis sanctæ sanctificatus, etiam alia tangens illa nõ sanctificat. Et tñ homo tactu morticinij pollutus, alia tangens, illa polluit: quare ratio sua de homine & animato non procedit, cũ hic assumã vtrobiq; hominẽ in sanctificatione & pollutione. Si ratio boni & mali non discernit, habes voluntatẽ dei oĩm rerum actricem, q̃ voluit populum sibi seruiẽtem his sæpire statutis, quò magis puritatẽ & mundiciã colerent ac obseruarent: & sic puriores essent in diuino seruicio persoluendo. Rabi Aben Ezra hoc vidit, cũ non potuit dare rationem, & doctrinã inter pollutionem & sanctificationẽ, subdit: Declaratum esse ex textu, qm̃ non est eadem virtus sanctificatis ad sanctificãdũ per tactũ mediũ, sicut est vis polluta aĩæ ad polluendũ. Huius tñ nullã reddit causam.

Burgeñ.

R. Abenezra.

Sic populus iste, sic gens illa.

Ecce festiuum prophetam, & optimum dialecticum, syllogismo euidenti aduersus Iudæos concludens. Assumit em̃ respõsum sacerdotum pro maiori Omne contactum à polluto in anima, contaminatur: Sed sic populus iste & gens ista, ergo omne op[9] manuum eorũ, & oẽs oblatiões, erunt cõtaminata. Vade & nega, prophetam esse acutum. Sed audiam[9] patres à spũsancto illustratos, qũo textum explanauerint. Hieron. inquit, Aggæus de secunda quæstione texens sermõem, ait: Sic populus iste, q immundus est in anima, & morticinium tetigerit, omẽ q̃d tetigerit, & quod obtulerit mihi, immundum erit.

Dialectica illatio.

Hirrony.

Alij adhuc clarius: Vos offertis hostias vestras in altari, & habetis carnes & comeditis, sed carnes illæ non sanctificabunt vos, quia estis polluti in anima eo ꝙ negligatis opus dei. Et ideo opera vestra sunt polluta & mortua, quæ facitis, & ideo semper vobis euenerunt aduersa. Et ita esse oportet, populo polluto: tacta ab eo, sunt polluta: & oblata ab eo, sunt polluta: quia dona iniquorum nō probat altissimus. Præsumitis sanctificari per oblationes, & tamen perseueratis in malitia. Verū est, ꝙ Hieremias inquit: Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?

Ecclesi. 33

Hierem 11

Pondera durā esse illationē aduersus Iudæos: q̄m dimissa priori quæstione de sanctificatione, solum incumbit secundæ responsioni: ex qua conuincit, populum esse pollutum, opera esse polluta, sacrificia esse polluta. Quis est hic tam cæcus, qui non videat probari Theologorum sententiam, ab homine polluto, ab homine peccatore, non nisi opera mortua fieri: quæ etiam in resurgente per pœnitentiā non reuiuiscant: de quo apud Sententiarios in quarto. In præsentia populus iste pollutus dicitur, quòd volebant esse contenti in altari cōstructo, neglecta ædificatione templi: licet altiori sensu, ad incrudelā Iudæorum gentē tempore Christi referatur, de quo statim ex R. Tuitiensi.

Distinc. 22. quarti.

De ueneratione sanctorum contra Auinion.

Vetus est verbum, nihil excucullato monacho impudētius: hoc etsi frequētius experiamur q̄ velim⁹ tñ Lāpertus Auinioñ olim cordiger de obseruātia, sua impietate & ꝟbositate multifariā cōprobauit: cuius impietates & blasphemias in alium locum differamus: At quòd hic in sanctos & amicos dei debacchatur, bre

L. Auin.

tur, breuibus attingamus, vt dolos ac sycophãtias eius detegamus. Nam ex primo responso quæstionis, carnem sanctam sanctificare contendit, primũ contactum, & non alterum, & hoc quidem nõ absurde. Sed multa temeritate pronuntiat eos solos sanctificare. qui Christum fide attigerunt, non eos, qui attingunt sanctificatos per ipsum, qui inuocant sanctos, & cætera. Attende quanta malitia assumpsit vnum manifeste verum, neminem sanctificari, nisi qui Christum fide attigerit, quis hoc negabit, nisi perfidus? Ab isto autem sophistice & callide se deflectit ad inuocationem sanctorum auertendam. Stultus & bis cæcus, quasi vnquam aliquis Christiano nomine fuerit ornatus, qui ob aliud sanctos inuocauerit, quàm quòd sanctorum intercessione & meritis orauerit, vt fide attingat Christum, & eius adiutorio subleuetur. At de hoc plura Tomo III. in Homilijs de festo omnium sanctorum, ac in Enchiridio nostro.

Tom. 3. parte. 15.

Ludder nõ Aggæus.

Placet tamen pluribus depingere apostatæ illius insolentiam, qui ausus est insigni temeritate, ex sibi simili apostata Luthero facere Aggæum: cum Aggæus indubitatus sit propheta dei, ad quem toties factum est verbum domini, vt ædificaretur templum domini. Luther vero nihil minus quàm propheta, doctrina sua despoliat ecclesias, tot destruit templa & sacella, tot subruit altaria, & monasterijs ac ecclesijs collegiatis vbique deuastatis, monachis & monialibus relegatis, vasis sacris, calicibus ac monilibus depilatis, omnem cultum diuinum fermè penitus extinxit, Euangelium lacerauit, sacramenta ecclesiæ polluit, omnem ordinem confudit, obediẽtiam sustulit, timorem dei in exilium misit, cum alijs infinitis malis, velut Antichristi præcursor facere debet. Hui nouum Aggæum ædificatorẽ

Lutheri mala.

templi

templi magnifici, hoc est omnium subuersorem. Miror cur viri illi non pudeant de tanto mendacio: cum adeo non sit Aggæus Lutherus, vt prorsus sit Antiggęus: adeo omnia infeliciter obueniunt ecclesiæ cum illo Luthero. Hoc tamen tene mente auditor iucundissime, quòd Haymo hic inquit: Sanctorum martyrum corpora, quorum mors est preciosa, sancta sunt ex merito inhabitatricis sanctæ aīę.

Haymo.

EXPOSITIO RVP. TVITIEN.

Testati sumus ab initio, Tuitieñ. in his commētarijs pro scopo habere templum dei, hoc est carnem Christi benedictam, templum illud magnificum, hoc est, totam ecclesiam Christi militantem: sed tantum virum verba spiritus eructantem audiamus: Pulchrum & delectabile fidei mysterium, propheta sua interrogatiōe innuit, quòd non nisi fidelis Euangelicus animaduertere potuisset. Ex primæ eñ q̄stiōis de carne sanctificata responsione, cōuincūtur Iudæi & iudicant̄ iudicio oris sui, cum sacerdotibus, quòd ex lege non possunt iustificari: Nam qs fuit ille singularis homo, qui sanctam carnem absconditam, tulit in ora vestimenti sui, nisi Moyses, qui Christi & ecclesiæ sacrosancta sacramenta sub velamine legis abscondit: nam q̄ de agno paschali, de hirco pro peccatis, & in cæteris præcepit Moyses, in typo & figura fecit: lex enim futurorum bonorum vmbram habuit: & omnia in figura contingebant illis. Cùm ergo tactu summitate vestimēti non sanctificemini. Quamobrem ô Iudæi nec vos, nec patres vestri in lege sanctificati estis, vt pluribus sanctus Paulus ad Corinthios, ad Galatas & Hebræos adfirmat.

Moyses velatus.

Ex secundæ vero quæstionis responsione, conuincuntur Iudæi, quòd tam immundi sunt, vt con-

taminetur homo, quicunq; communicat eorum ob seruationibus: Nam quis alius populus est pollutus in anima & morte hominis, nisi populus Iudaicus, qui Christum iuxta Danielis prophetiam occidit, & in hunc diem blasphemare non desinit? Ergo sicut in interrogatis parabolice est dictum & respon sum, Populus iste Iudaicus pollutus est, & omne opus manuum eorum contaminatum est: perenni exilio & semper duratura captiuitate miser populus detentus vsque quo visum fuerit altissimo, vt reliquiæ Israël conuertantur: Interea misera gens & cæca, semper in agro timida, sedet sine prophetis, sine rege, sine sacrificio, sine altari, sine Ephot, & sine theraphin. Ve populo stulto, gens sine consilio est, & cet. Hinc iuste deus hic in fine comminatur, oēs oblationes eorum fore contaminatas. At hæc de litera sufficiant.

Isaiæ. 53
Daniel. 9
Osee. 3

DOCTRINAE EX TEXTV desumptæ.

1 Interroga sacerdotes legem. Colligit beatus Hieronymus: Officium sacerdotis est de lege interrogāti respondere. Si sacerdos dei est, instruat legem domini: quòd si ignorat legem domini, ipse se arguit, non esse sacerdotem domini. Hæc velim attendant prælati nostri temporis, qui theologiæ studium pro abiecto habent (quod est cito venturi Antichristi præsagium, Gersone teste) & cum de rebus diuinis, & quibus maxime incumbere deberent, sermo inciderit, quasi ad eos non pertineat, contemptim in theologos reijciunt, quos tamen pauci fouent, honorant ac tuentur: Non dixerim hoc de mea persona: quoniam agnosco multorum prælatorum ac principum in me munificētiam plusquam merear, sed fratrum meorum doleo vices.

B. Hiero.
Sacerdos.
Gerson.

Robo

Roborat Hieronymus sua, primo ex veteri testamento: quoniam in Deuteromonio, orta quæstione fuit præceptum, vt venirent ad pontifices, sacerdotes & leuitas in diebus illis: quibus respondentibus faciant, quod iubentur: quòd si non fecerint, exterminabuntur. Sic Paulus Timotheo præcipit, episcopum debere esse doctorem: & ad Titum ait: Oportet episcopum habere in doctrina sermonem fidelem, vt possit consiliari indoctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere: Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, q̃s oportet redargui. Adde, quòd seditione nec modica orta Antiochiæ, statuerunt vt Paulus & Barnabas ascenderẽt & quidam alij ex alijs, ad apostolos & presbyteros in Ierusalem super hac quæstione.

Malach. 2
Deuter. 17
Tit. 1
Act. 15

Disce ex adductis.

Si quid ambiguum emergit in fide, ad iudicium sacerdotum & maxime in sacro concilio recurrendum, non ad laicos, quorum nõ est in causa fidei diffinire: quia sic deus in veteri testamento iussit venire ad pontificem & sacerdotes, non ad prophanos laicos, & ex Antiochia ascenderunt ad apostolos & presbyteros, non ad laicos, de quo vide nostrꝫ lib. de Primatu Pe. Tertiũ, c. 13. Et Enchiridion tit. de con.

Laici non iudicent de fide.

Disce inobedientes iudicio pontificis & sacerdotum, hoc est consummato iudicio sacrorum conciliorum, peccare mortaliter: quia morte plectendum censet: Modo per regulam beati Augustini, quãdo in veteri testamento adijcitur pœna mortis, transgressio est mortalis.

August.

Pondera in diebus illis, & disce, in quocunq; tempore ambiguum ortum fuerit: in eodem iudicium subire debent sacerdotũ, qui sunt in diebus illis: qua re euanidum est Lutheranorꝫ aliquorꝫ subterfugiũ

3
Sacerdotibus illius temporis obediẽdũ

dicentium: Si esset clerus tam iustus & doctus vt olim, sic eius obtẽperarent iudicio. Modo autem sit corruptus auaritia & ambitione: At primo hic re- uincuntur: secundo, constat eos falsum dicere: quo- niam allatis antiquissimorum conciliorum decre- tis, illis fidem adhibere contemnunt: Nam si vellẽt acquiescere antiquis concilijs, iam ecclesia cum veri tate triumpharet, sed ipsi nec antiquis sanctis con- cilijs, nec recentioribus credere volunt..

4 Disce porro ex Paulo, non sufficere, vt prælatus habeat doctrinam qua potens sit admonere subdi- tos suos: sed etiam debet esse armatus gladio spiri- tus, vt possit redarguere inobedientes & seductores: hoc est contra pastores ecclesiarum, qui nihil eorũ volunt legere, vel quæ pro Luthero vel contra Lu- therum, scripta sunt. At hic iubentur redarguere se- ductores: quomodo id commodius facient, quàm si scripta legerint Roffeñ. episcopi sanctę memorię. Scripta Emseri, Schatzgeri, Fabri Episcopi Vieñ. Co chlei, Nauseæ, Vuicelij, & aliorum, aduersus patriar cham sectarum Lutherum. Quàm facile est ingre- di labores alterius, qui te vacãte & dormitante mul tis vigilijs parauit tibi gladium, quo præcingereris aduersus hæreticos: & sis vnus de LX. fortissimis am bientibus lectulum Salomonis, vt habeas ensem su per femur tuũ propter timores nocturnos. Fortis- simi Israël sunt, inquit Haymo, qui ecclesiã dei tueri prædicando, & ab impugnationibus hæreticorum defendere nouerunt. Debẽt enim gladios tenere, vt aduersarijs resistant, hæreticos & omnes sanæ fidei contradicentes confodiant.

Tit.1

Cant.3

Haymo.

5 Disce postremo errare schismaticos Germaniæ, cum obijciant pontifici, imperatori & regi, Conci- lium non celebrandum in Italia, sed in Germania: quoniam in ea natione sit concilij locus eligendus, vbi er-

In Luthe.

vbi error natus & ortus sit. Et quia in Germania ortum sit schisma Luthericum, ideoq; in Germania concilium congregandum. Errant toto cœlo Germani mei: nisi sacrum concilium apostolorum, culpent: Non enim in Antiochia, vbi orta est seditio, sed in Hierusalem celebrarunt concilium. Sic Arrius hæresim suam excitauit in Alexandria, & tamen primum sacrum concilium, post ecclesiam Martyrum contra Arrium celebratum est in Nicea ciuitate Bythiniæ, de quo multa in lib. nostro secundo de primatu Petri cap. 18. & libro tertio cap. 47. Dies citius nos desereret, quàm adduceremus, quoties concilium indictum est extra locum enati erroris. Iam ad alia veniamus.

Actu. 15

ALIAE DOCTRINAE ET sensus mystici.

Adfirmat Hieronymus. Nec simplicitas & ciborum continentia in magistro sufficit, nisi quod ipse facit, possit & alios erudire. Hæc pertinent ad instructionem eorum, qui solitariam vitam delegerunt, aut monasticam: sibi viuunt temperāter, sobrie, abstinenter, deuote: sed neminem interea docēt. Quos non credo improbasse Hieronymum: quòd extendant viri illi solitarij animum in deum, per amoris desiderium: quod per deuotum virum internorum exercitium, omnem mentis aciem toto affectu in deum dirigunt: Quòd liquefacto animo per excessum mentis transformentur diuino amore, & exultent iubilo mentis, amplectentur sponsum, inebriētur torrente voluptatis, introducantur in cella vinaria, currant in odore vnguētorum sponsi. Hos minime notat Hieronymus: sed huiusmodi deuotarios qui in his confidentes, pharisaico supercilio doctores populi, & sacrarum literarum expositores despiciunt

Vide Cōment. nostros sup. Theologia mystica Dionysij.

ciunt, & pro nihilo habent: cum isti sedentarij sibi duntaxat, doctores pluribus, scriptores plurimis prosint.

Beatus Hieronymus adfert responsionem aliquorum seu excusationem. Dicerent forsan Cardinales, Episcopi & prælati. Verum dicis Hieronyme, de sacerdotibus qui se ab adolescentia præparant ad docendum, sicut Theologi: at nos vel iudicio domini, vel populorum (seu Canonicorum) suffragio, in sacerdotium simplices sumus electi. Quibus beatus Hieron. saluberrimum adfert consilium, dicēs: Salē illud habeatis, vt postq̄ sacerdotes fueritis ordinati, discatis legem dei, vt possitis docere quod didiceritis: & augeatis scientiā plus q̄ opes: Magisq; dies & noctes in scripturarū tractatu, quàm in ratiocinijs & supputatione consummatis. De hoc aliàs multa. Attigi de Primatu Petri, & lib. 4. de pœnitētia ca 12.

Si Episcopus nō fuerit doct⁹ in theologia.

8 Causa increpationis propheticæ solet assignari: Quòd aliqui fidentes proprijs operibus & sacrificijs in altari extructo, negligebant ædificationem tēpli. Ex quo docemur, ne viuendi formam nobis præscribamus, secundum quòd bonum apparet, in oculis nostris: sed ad præscriptum nobis verbum diuinum, viuendum est: Ita videmus hodie hoīm Lutheranorū vana iudicia. Isti hoc placet ex vsu ecclesiæ demendum, aliud alteri: & mirum est, si inter amicos sedeas, qui sibi blandiuntur de prudentia, qui aliquando sunt prudentia vacui. Quotusquisq; ex eis est, qui velit vsum, vitam, & obseruantias ecclesiæ saluas esse: hic cupit hoc emendari, alius aliud: & vt Comicus ait, Tot sunt sententiæ, quot sunt capita: Hoc videmus in effectum deduci in ciuitatib⁹ vbi regnat bestia multorum capitum plebs. Quid fit? hoc quod in libro Iudicum legitur: quòd post obitum Samsonis, non erat rex in Israël: sed vnusquisque

In aulicos

Iudic. 17

que quod sibi rectū videbatur, faciebat: quod & Beniaminitis profligatis in Israël contigebat: at qualem Anaxagoriam fidem confusissimam essemus habituri, si capitibus vulgi negotium fidei regeret. Deus hoc non permisit Chore, Dathan & Abiron, qui erant Leuitici generis: quanto minus prophanis laicis, sed patiens est modo deus, quòd terra nō deglutit blasphemos.

Iudic. 21

Num. 16

Hieronymus Anagogen adfert de viro ecclesiasti co, qui assumpta carne Christi, summitate vestimē ti sui tangit panem scripturarum, aut coctionem apostolicarum epistolarum, aut oleum in quo exhilaratur facies, aut vinum quod lætificat cor hominis, &c. Non ergo hęc omnia sanctificant comedentes: Non enim sanctificant, quia audiuntur: sed quia factis suscipiuntur: quia multi auditores sunt, & nō factores. Est locus iste communis de operibus. Vide Enchiridion tit. 5. & in diuersis Homilijs partes.

4

Roman. 2

5

Origenes Homilia 4. super Leuitico (quem Parrhisij male sub nomine Cyrilli euulgarunt.) Hic vnicum perfectum dicit esse sacrificium Christum, cuius typus fuerunt omnia sacrificia vetera: Huius sacrificij carnem si quis tetigerit, sanctificatur: si immundus est, mundatur: Et nedum qui carnem tetigerit, sed qui etiam oram vestimenti tetigerit: Sicut deuota illa quæ profluuium sanguinis patiebatur: quæ licet carnem sanctam attingere non auderet, fimbriam & oram vestimenti tantum tetigit, & sanctificata est, & nedum illa, sed & multitudo omnes male habentes attulit, vt tangerent vel fimbriam Christi, & quotquot tetigerunt, salui facti sunt. Tetigit itaque hæc mulier carnem sanctam, tangendo fimbriā. Tetigit Paulus qui dixit, fuimus & nos aliquando stulti & increduli, & cæt. Tetigerunt oēs qui ex gentilibus crediderunt.

Origenes

Matth. 9

Matth. 14

Tit. 3

6 Per immundum in anima dicit Hieronymus intelligi hęreticum, qui habet peruersam doctrinã. Habent enim hæretici in sacramentis panem & vinum, sed sacramenta eorum sunt panis luctus, oẽs tangentes contaminabuntur: Legunt & ipsi scripturas, & quasi de scripturarum testimonijs conspargũt panem, sed comedentes prouocat ad insaniã. Quod pleniter faciunt Lutherani, oẽs chartas illinentes testimonijs scripturarum, siue ad rẽ faciant vel minus, minime curantes. De quibus egregie inquit Origenes: Hæretici ad construenda & defendenda dogmata sua, multum perquirunt & discutiunt in scripturis diuinis, vt inueniãt perditionem: Cũ enim multa quæsierint testimonia, quibus astruant quæ praue sentiunt, perditionem sibi inuenisse dicẽdi sunt: Quia ergo nimis peccant in scripturis, perditio appellantur.

Hierony. Hæretici scriptura vtuntur. Origenes Homil. 4. Leuitici.

Hieronymus dicit hæreticos etiam oleum habere, quod de veteris & nouæ scripturæ testimonijs violenter exprimunt, sine succo spiritus: at detestatur illud sanctus. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Habent hæretici diuersos cibos, multiplices variarum ὑποθέσεων tractatus (sæpius eñ pariunt Lutherani, quàm cuniculi) Sed quia polluti sunt in anima qui hoc scripserunt, & de immundo ore sunt prolati: omnis qui tetigerit, immundus fiet, & in eorum trahetur errorem. Expende charissime auditor, cur libri hæreticorum iuste prohibentur: ne legens in eorum trahatur errorem. Hinc accidit, vt veterum hæreticorum libri, nullibi reperiantur nisi qui aliquando de ecclesia fuerint & pro ecclesia scripserint. Velut Origenes, Tertullianus & similes. Scio tamen quod iudicium dederit Hieronymus de libris illis suspectis legendis Tranquilliano. Ego Origenem propter eruditionem sic legendum, inter-

Hierony. Psal. 140 Hæretici. Hęreticorum libri prohibiti Hierony.

interdum arbitror, quomodo Tertullianum, Nouatum, Arnobium, Appollinarium, & nonnullos ecclesiasticos Graecos pariter & latinos, vt bona eorum eligamus, vitemusq; contraria, iuxta apostolum dicentem: Omnia probate, quod bonum est, tenete. &c. Nec enim propter doctrinam eius, praua suscipiēda sunt dogmata: nec propter dogmatum prauitatem, si quos commentarios in sacras scripturas vtiles ædidit, penitus respuendi sunt. Concludit, se libentius eligere piam rusticitatem, quàm doctā philosophiam. Nec hoc me præterit, quomodo Hieronymus Sixti Pythagorei librum à Grunio versum, obsecrat abijci: At de libris hæreticorum nō legendis, alio loco tractandum est,

1. Thess. 5

Hierony.

Grunius.

Postremo Hieronymus tres dicit nobis pollutos, scilicet Iudæos, ethnicos & hæreticos: quomodo autem à singulis tactus contaminetur, longum esset recensere: & præcipue, quantum puritati Christianæ detrahunt Iudæorum commercia: potissimum in locis, vbi ad deuoratricem admittuntur vsuram, pauperum lanienam. De hæresibus quid attinet dicere, cum sit gluten efficacissimum: & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. At de paganis quid oportet adferre, quasi spiritussanctus eorum contagium pestilentissimum non deuelauerit. Et commixti sunt gentibus, & didicerunt opera eorū, & seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.

Hierony.

Eccle. 1. 3. 3

Psalm. 105

HEB.	GRAE. SEPT.
וְעַתָּה שִׂימוּ־נָא לְבַבְכֶם מִן־הַיּוֹם הַזֶּה וָמָעְלָה מִטֶּרֶם שׂוּם אֶבֶן אֶל־אֶבֶן בְּהֵיכַל יְהוָה׃ מִהְיוֹתָם בָּא אֶל־	καὶ νῦν θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης καὶ ὑπεράνω πρὸ τοῦ θεῖναι λίθον ἐπὶ λίθον ἐν τῷ ναῷ κυρίου. τίνες ἦτε. ὅτε

עֲרֵמַת עֶשְׂרִים וְהָיְתָה
עֲשָׂרָה בָּא אֶל־הַיֶּקֶב לַחְשֹׂף
חֲמִשִּׁים פּוּרָה וְהָיְתָה
עֶשְׂרִים׃ הִכֵּתִי אֶתְכֶם
בַּשִּׁדָּפוֹן וּבַיֵּרָקוֹן וּבַבָּרָד
אֵת כָּל מַעֲשֵׂה יְדֵיכֶם
וְאֵין אֶתְכֶם אֵלַי נְאֻם יְהוָה׃
שִׂימוּ־נָא לְבַבְכֶם מִן־הַיּוֹם
הַזֶּה וָמָעְלָה מִיּוֹם עֶשְׂרִים
וְאַרְבָּעָה לַתְּשִׁיעִי לְמִן־
הַיּוֹם אֲשֶׁר־יֻסַּד הֵיכַל־
יְהוָה שִׂימוּ לְבַבְכֶם׃
הַעוֹד הַזֶּרַע בַּמְּגוּרָה וְעַד
הַגֶּפֶן וְהַתְּאֵנָה וְהָרִמּוֹן
וְעֵץ הַזַּיִת לֹא נָשָׂא מִן
הַיּוֹם הַזֶּה אֲבָרֵךְ

ἐνεβάλετε εἰς κυψέλην
εἴκοσι σάτα· καὶ ἐγένετο
δέκα σάτα κριθῆς, καὶ εἰσ
πορεύεσθε εἰς τὸ ὑπολή-
νιον. ἐξαντλῆσαι πεντήκον
τα μετρητάς, καὶ ἐγένετο
εἰς εἴκοσι. ἐπάταξα ὑμᾶς
ἐν ἀφορίᾳ, καὶ ἐν ἀνεμο-
φθορίᾳ. καὶ ἐν χαλάζῃ
πάντα τὰ ἔργα τῶν χει-
ρῶν ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐπεστρέ-
ψατε πρός με λέγει κύ-
ριος. καὶ νῦν τάξατε δὴ
τὰς καρδίας ὑμῶν ἀπὸ
τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ
ἐπέκεινα. ἀπὸ τῆς τετρά-
δος, καὶ εἰκάδος τοῦ ἐν-
νάτου μηνός. καὶ ἀπὸ τῆς ἡ-
μέρας ἧς τεθεμελίωται ὁ
ναὸς κυρίου. θέσθε ἐν ταῖς
καρδίαις ὑμῶν, εἰ ἔτι ἐ-
πιγνωσθήσεται, ἐπὶ τῆς ἅ-
λω. καὶ ἔτι ἡ ἄμπελος, καὶ ἡ
συκῆ. καὶ ἡ ῥόα καὶ τὰ ξύλα
τῆς ἐλαίας τὰ οὐ φέροντα
καρπὸν ἀπὸ τῆς ἡμέρας
ταύτης εὐλογήσω.

Et nunc ponite corda uestra à die hac, & supra: antequàm poneretur lapis su per lapidem in templo domini, cum accederetis ad aceruum uiginti mo- diorũ

diorum, & fierent decem: & intraretis ad torcular, ut exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant uiginti. Percussi uos uento urente, & ærugine, & grandine, omnia opera manuum uestrarum: & non fuit in uobis qui reuerteretur ad me, dicit dominus. Ponite corda uestra ex die ista & in futurum, à die uicesima & quarta noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi domini, ponite super cor uestrum: Nunquid iam semen in germine est: Et adhuc uinea, & ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit: Ex die ista benedicam.

SVMMARIVM.

Complectitur propheta breui antithesi totum negotium. Recogitate, inquit, à die hac & supra, diebus præteritis, ante ædificium templi quanta fuit omnium rerum penuria: quòd æstimans se colligere viginti modios, colligebat decem. Et qui de torculari sperabat quinquaginta lagenas vini, accepit viginti, quia percussi varijs incom-

commodis agros veſtros, & nec artificibus pepercì, quod etiam omnia opera manuum veſtrarum fuerunt infortunata. Sed nunc oculos in futurum figite, à die qua iacta ſunt fundamenta, quia ex hac die benedicam: dei autem benedictio omnium rerũ copiam ac vbertatem adfert. Et hæc dico prophetico ſpiritu, & non ex coniecturis: quia ſemina nondũ germinarunt, & arbores nondum floruerunt, vt ex illis more humano proſpicerem fructus vberes prouenturos.

GLOSSA EXPLICATIOR.

Hierony. Hieronymus textum plane intelligit vt ſonat. Adhortatur populum propheta, vt mente complectatur, quid retro geſtum ſit, quanta mala ſuſtinuerit, & cur illa mala venerint ſuper eos, vt cum deinceps proſpera euenerint, ſciant qua cauſa euenerint. Inuenies enim hanc fuiſſe plagam dei, antequàm inciperes ædificium templi, vt vix medietas frumenti proueniret quæ expectabatur, grandine, aurugine, & vento vrente omnia vaſtantibus. Septua. Septuaginta paulo diuerſius legunt. Qui eratis, quãdo mittebatis in Cypſelen hordei viginti ſata, & fiebant decem ſata. In Hebræo nullum genus frumenti exprimitur, ſed ſolum ערמה aceruus, cumulus: neque genus menſuræ ponitur: Nota. quo exiſtimo prophetam voluiſſe indicare vniuerſitatem ſterilitatis: Septuaginta tamẽ ſpeciatim expreſſerũt κριθῶν hordeum, immiſſum in Cypſelen. Hierony. Hieronymus ait eſſe vas quoddam, Demetrius in æditione Compluteñ. vertit modium: nam Cypſele. ex nomine κυψελὶς, ciſtulam ſeu arculam ſignificat: Vnde cũ Hieronymo ſentio, potius voluiſſe ſeptuaginta per cypſelen intelligere vas in quo colligebatur hordeum: & per Sata intelligere genus menſu-

ræ,

ræ, ſit modius vel ſimile: Nam ita Heſychius pro vaſe frumenti interpretatur, in quo illa congregantur: licet & aluearium, & partem camini ſignificet, & plæraq; alia: Satum autem eſſe menſuram ex Math. 13. conſtat: vbi mulier habuit tria ſata farinę: Hieronymus ibi dicit eſſe genus mēſuræ in Palæſtina, & contineat modium dimidium. Et in Paralipo. legitur, viginti ſata olei. Hieronymus ſæpe vertit ꝓ modio סאים vt 4. Regum ſeptimo ter vtitur. Et illa dictione סאה vtitur hic etiam Rabi kimhi, niſi q̃d ſpeciatim triticū intelligit, ſimiliter Rabi Salomon: ſed R. AbenEzra vtitur illa dictione מדה quod Hieronymus vertit menſuram in genere: licet Rabi Salomon Leuitici decimono, dicat eſſe menſuram terrę: & Hieronymus ibi vertit regulam: At quia diſputatio illa nominum nihil facit ad intelligentiam prophetæ, miſſa facimus illa.

Heſychius. Satum. Hierony. 2. Par. 2 R. Kimhi. R. Salom. R. Abenezra.

Cauſa ergo huius modicitatis eſt maledictio: nā ſicut benedictio dei omnia fœcundat, ita eius maledictione omnia ſterileſcunt: Venit autē maledictio ſuper eos ob neglectam ædificationem templi: quare propheta proponit eis diem præſentem & ſupra, hoc eſt, annos qui præterierunt.

Lapidem ſuper lapidem. Thargum Ionathæ ait: נדבך על נדבך quod alij interpretantur, quadratū ſuper quadrato. Alij, partem muri ſuper partem muri. Verum & hoc propoſitum prophetæ non variat.

Ad torcular.

Hebr. יקב omnes interpretantur ex noſtris pro torculari: ſicut bene probatur ex Iſaia. Torcular cauui ſolus, exponit R. Dauid: Torcular, hoc eſt vuas in torculari, tamen Iudæi communiter in hoc conueniunt יקב ſignificare proprie foueam torcularis, in quam deducitur muſtum, ſicut liquido monſtrat Rabi Sa-

Iſa. 63 R. Dauid.

R.Salom. bi Salomon dicens: היקב הוא בור ש׳לפני הגת והיין יורד לתוכו Haiekef, ipsa est fouea, quæ ante torcular (גת proprie significat torcular) & vinum descendit in medium eius. Et hoc nihil addit vel aufert sententiæ propheticæ: nam & Ionathas in Thar-

Thargũ. go ait מעצרת Mahezarta, pro torculari, à עצר pres-sit, vt à premendo nomen habeat.

Lagenas quinquaginta.

Lagena. Propheta hic dicit intrasse Iudæos ad torcular, vt exprimerent L. lagenas. Sunt qui diphthongo grauãt dictionẽ, lagœnas, media producta: sed litera Vaticana non sic habet: Est autem lagena dolium, vas

Isa.30 vinariũ: q̃d & fictile esse probatur ex Isaia: Sicut conteritur lagena figuli: idem græce dicitur κεράμιον, est enim κεραμεὺς figulus: licet varie inuenerim in græco & hebræo. Nam aliquando in græco ponitur etiam ὑδρίας, Iud. 7. aliquando etiã ἀσκὸν. 1. Reg 10. 1. Reg 16. vbi noster semper vertit lagenam, cum tamẽ in libro Iudicum sit כדים. In libro primo Regũ, נבל In 16. capite נאד, hic vero sit פורה. Sept. μετρητὰς dixerunt.

Varietas. Sanctes Bathos. In mensuris domini mei audiores, antiquis, verum inuenire difficile, etiam si decem Budæi summa diligentia vetustatem exquirant: licet in dictionario Germanico, differenter verterit כדים krug, נבל legel, חמת lidre flasch, פורה aimer oder saum oder oum, & נאד legel. Quod vero Sanctes Bathos transtulit, nescimus an fuerit eadem mẽ-

Germanicus. sura Pura & Bathus: At de hoc posset quis mirari, q̃d venerit Sãctes Pagnino in mentẽ, vt voluerit He-

Sanctes. bræam dictionem per alteram Hebræam expone-

Hier.5 re: nam בת hebræum est, ait Hieronymus. Et continet tãtum de liquidis, sicut ephi in aridis: & est decima pars Chori, & habet tres, amphoras. Male di-

cit Seruius Bathum continere amphoram. Vnde מאזנים est in ponderibus. Ephi in aridis, & Bathus in liquidis: sed hæc parum promouent literam: studiosis linguæ sanctæ voluimus igniculos excitare. Hoc solum addiderim, quod admonet Rabi Kimchi, Ionathā in suo Thargo פורה vertisse גרבין exponant pro mensura hydriæ: id propterea adieci, vt videas linguarum commercia: vt Garb germanorum in messe, inuenias in dolijs Chaldæis, mirabilis deus in sanctis, mirabilis deus in linguis, & summa summarum, mirabilis deus in omnibus.

Seruius. Eze. 45 R. Dauid.

Dubitas quid causæ subsit, vt in frumentis medietas euanuerit, in vino vero tres quintæ: quæ sunt medietas & semiquinta. Nostri non attigerunt, aut non vidi, aut non memini. Rabi Salomon quoque miratur, quomodo maior maledictio reperiatur in vino, quàm in frumentis? At primo nugatur: quia cum frumentum in aceruo pateat aspectibus, certius de eo possit sumi iudicium: sed vinum in fouea torcularis, cum non offerat se aspectui æstimatorum, in maiori decipiuntur quàm in frumentis. Diffisus huic rationi aliam subnectit ex subtilitatibus patrum: & ex Rabi Nathan didicimus (inquit) causam, cur non dixit de hauriendis viginti & quinque lagenis vini: & factæ sunt decem: Quia (inquit) docuit vinum esse mensuram superfluam mūdo. Et est malum signum, quādo vinum perit in vineis: & quia oportet esse multum vini: ideo enumerat maiorem numerum vini, quàm frumenti: memento eum fuisse Germanum, & Vuormaciæ natum.

Vinū plus decreuit q̄ frumentū. R. Salom. R. Nathan.

Adiuro te humanissime, si vnquam audieris maiores infancias, quàm isti Rabini proferunt ex eorum משנה subtilibus & acutis studijs: Nam primo

Cōfutatio.

primo an non inueniantur tam experti supputatores musti sicut frumenti: Vnde cum breui sciant cõtinentiã foueæ, certius possunt æstimare, quàm aceruam indefinitum frumenti. Deinde quod Ionathas ait, docuisse prophetã isto exemplo, vinũ esse rem superfluam mundo: at id probat minorem numerũ fuisse ponendum: quia necessarijs potius est prouidendũ quàm superfluis. Tunica pallio proprior est: licet & hoc cauillari possit, vinum esse superfluum: nam Germani nostri, Burgundiones & Batavi, non facile hoc dabunt: In illo tunc magis & manifestius peccat Ionathas, quòd affirmat oportere esse multũ vini: quis vel semistultus assentietur ei, plus vini oportere esse quàm frumenti, cum sint tot milia in terris nostris, qui omnes pane vescuntur, & raro vinum potant: quare potius deberet dixisse, שהדגן צריך להיות הרבה. Cum in omni ægestate homines plus conquerantur de penuria panis quàm vini, altior itaque habendus est sensus aliquis, de quo plura in sequentibus, qui deceat augustalem maiestatem prophetæ, in tanto flore doctorum hominum.

Et percussi uos uento urente.

Hic explicat causas plures sterilitatis & penuriæ: quoniam non solum subtraxit deus benedictionem in vino & frumentis (negatiue) vt dictum est, verum etiam positiue, immisit deus nocumenta perditiua fructuum: & enumerat tria: scilicet ventum vrẽtem, æruginẽ, & grãdinem. Septuaginta (vt vides) paulo diuersius interpretati sunt. Sterilitate, corruptione aëris, & grandine. Exactius videamus quæ fuerint istæ plagæ dei affligentis Iudæos.

Hiero. Hiero. vertit ventum vrentem vbi in Hebræo legitur שדפון quem secutus est Munsterus: licet Sept. verterint ἀφορίᾳ. Sanctes, ariditate: & sæpe variarunt

Interpretes:nam et Munsterus in Amos uertit ventū orientalem. Septuaginta πύρωσιν, hoc est combustionē vel ardorem ibi verterunt: Aquila, Symmachus & Theodotio, ἀνεμοφθορίαν, id est, venti corruptionē: at omnium prosequi sententias non est consultum: Nos nihil antiquius habemus, quàm cōseruare & defendere lectionem ecclesiasticam: quia vt deuoti filij maternam linguam libenter amplectimur.

Ecclesiā seq̄mur.

שרפון ergo à verbo שרף quod significat arere & exarescere: Huc forte respexit Sanctes: Et quoniā in Palæstina ventus oriētalis solet ardore suo spicas vt ita dicam, degranare, & arefaciendo concutere, vt grana vacuis spicarum follibus excutiātur. Hinc Hieronymus vertit ventum vrentem, quia ardore suo ita exsiccat spicas, & excutit grana. Hinc alibi corruptionem aëris vertit: Hinc Septuaginta verterunt in Amos combustionem, à causa. Hic vero sterilitatem, ab effectu. Audiamus Rabi Abenezra dicentē כבר הזכרתי בספר עמוס כי מרת השרפון בקמה כמו שרופות קרים, hoc est, iam memini in libro Amos: quoniam plaga venti vrentis (dictionarius germanicus habet hartschlechtikait) in erecta seu stante segete, sicut excutit ventus orientalis. Iam arbitror te nosse, quis sit ventus vrens: intelligis quoque lapsum Munsteri, qui super Amos inquit. שרפון est plaga seminum, quæ fit à vento orientali (hactenus bene) vnde fruges ad maturitatem venire nequeunt: hic fœde errat, nam vitium illud non venit, nisi stantibus & maturis spicis: quæ diximus intelliges ex Genesi de spicis tenuibus vredine percussis.

Deute. 28

R:A. Benezra.

Munster⁹

Aerugine.

Hebraice legitur ירקון Septuaginta hic legerunt

Aerugo. ἀνεμοφθορίαν, hoc eſt, aëris ſeu venti corruptionem: Verum in Amos legerunt ἴκτερον, Theodotio
Hierony. ὤχρασιν, id eſt pallorem vertit: recte autem Hiero-
Apuleius. nymus vertit Aeruginem: nam & Apuleius hominē ictericum regio morbo laborantem aurugioſum appellat: Aurugo autem ſpeciale eſt vicium ſegetū & foliorum & herbarum præmature flaueſcētium: quod accidit vel quando ſole lucente parua & tenuis pluuia ſuper vineā aut ſegetes deſcendit: aut quādo ros noxius ſuper teneras ſpicas cadēs (Milchtaw appellant noſtrates) ſole oriente exareſcit, ſuccum ſpicæ vel folij, aut herbæ ſimul extenuans: vnde à colore etiam Rubigo dicitur vel Robigo à
Vergilius Vergilio primo Georgicorum (in vineis appellat Germanicus dictionarius den Brant oder brune: in
Haymo. ſegete, die gilbe) Haymo inquit, Aurugo vitium
Plinius. eſt fructuum ab aureo colore dictum. Plinius tamē libro decimooctauo diſcernit capite vigeſimoquarto, varia vitia & morbos arborum & ſegetum deſcribens. Rubiginem ſegetibus ac herbis tribuit, Carbunculum vitibus: Super qua re multa adnota-
Budæus. uit Budæus ex libro quarto Theophraſti de plantis.
Theoph. vide eos. Grandinem nemo non nouit: tria itaque mala aſſignat propheta, quibus deus iratus percuſſit Iudæos, vnde ſecuta ſterilitas. Et venerunt hæc mala ſuper omnia opera manuum eorum: Contra-
Deuter.16 ria vtique modo quo benedictio datur in Deuteronomio: Benedicet tibi dominus deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, erisq; in lætitia, &c.

Et non fuit in uobis qui reuerteretur.

Ecce ratio omnium malorum præcedentium, quibus deus afflixit eos propter peccata eorum, sed in quem finem? Vt reuerterentur per pœnitẽtiam. At quia hactenus non fuerunt reuersi: ideo continua fit sterilitas. Tam potens autem fuit pœnitentia, vt quamprimum à pristina negligentia surrexerunt, deus eis benedictionem restituit: velut sequenti textu repromittitur: & tota scriptura pleniter testatur, peccatori se auertente à vijs suis pessimis, etiam deum conuerti, ne faciat malum quod cogitauit facere. Est locus communis: Induc ex Isaia, Hieremia, Ezechiele & Psalmis.

Ezechi. 18

Ponite corda uestra.

Exposuit propheta mala quæ acciderunt Iudęis antequam inciperent ædificare templum: iam vero repormittit eis omnia felicia & prospera: & signat diem scilicet vicesimamquartam noni mensis, scilicet kisleu, qui cum nostro concurrit Nouembri & Decembri.

At primo obijcis forte: Cur ex hac die vicesima quarta mensis noni auspicatur eis omia bona & fortunata: cum tamen diu antea inceperint ędificium sicut Aggæus supra dixit, excitato spiritu Zorobabel, & Iesu ac reliqui populi, ingressi sunt: & faciebant opus in domo domini exercituum in die vicesimasexta mensis, in sexto mense? Respondet Lyranus, quòd in sexto mense inceperunt, materialia ædificationis præparando: sed in nono mense opus ædificationis adgressi sunt & structuræ: Simile dicit Rabi Abenezra הנה הזכיר למעה יעשו מלאכה בששי וזה היה להביא האבנים ולהיותם

Aggæi. 1

Lyra.

מגדרות ומתוקנות ובתשיעי התחלו לשום אבן

R.Abēez. אל אבן ליסד הבית .Hoc est. Ecce meminit supra. Fecerunt opus in sexto (mense) Et hoc fuit ad afferendum lapides, & ad ipsos esse incisos & paratos: & in nono (mense) inceperunt ponere lapidem super lapidem, ad fundandam domum.

Deinde & hoc posset scrupum mouere nouicio in sacra lingua, cur eadem dictio מעלה varie vertatur hic & in superiori versu: nam prius exposuimus pro preterito, & nunc pro futuro? Respondetur, quod cum עלה significat ascendere: & inde מעלות significat ascensum & gradus: hinc venit dictio מעלה quod valet idem quod supra: & sic frequentius vertit Hieronymus: verum cum recedendo à præsenti die, quēcunque diem addideris, dicitur esse supra hunc diem: quia de tempore nihil habemus nisi nunc: ideo si ad preteritum diem respexerimus, recte dicim⁹ supra: Aut si in futurum porrigimus, identidem, nisi quòd significantius dicitur: in futurum, vt hic beatus Hieronymus: vel vt Septuaginta verterūt ἐπέκεινα, id est, vltra: & aliquoties vertit Hieronymus deinceps, vt 1.Reg. 30 Hoc voluit vt arbitror R.Abraham Ben ezra וזהו מן היום הזה ומעלה ׳האמר למעלה Hoc est. Et hoc de die illo & infra, qui dictus est supra.

Hierony.

R.A. Benezra.

Similiter in textu למן היום hic litera ל abundat & nihil operatur: & dicitē Hebræis Lamed nosephes idest additum: sicut in libris Regum. Tertius Absolon ל est nosephes: Parum est etiā hoc quòd supra adnotant circa literam, lapidem super lapidem, אל ponitur pro על.

Tertio forte miraris, cur dicat hic propheta, 24 die mensis noni, à die qua iacta sunt fundamenta structa, mox vt ascenderunt ex Chaldæa anno primo Cyri inceperunt ædificare: & anno secūdo fun

datum

datum erat templum? At hic tibi dicitur. iacta quidẽ fuiſſe fundamenta, mox poſt reditum: at id quod modo ſuperædificarunt, & id quidem fundamentũ dicitur ad muros ſuperiores deſuper conſtituendos: ideo Rabi Dauid exponit: אשר בנו על יסודן כי היסוד כבר נבנה מזמן בנין שמזבח, hoc eſt, quod ædificauerunt ſuper fundamenta eius: quoniam fundamentum iam erat fundatum à tempore ædificij altaris. Eiuſdem ſententiæ eſt Rabi Salomon. Quia (inquit) inceperunt iam in ſecundo templo augere ſuper fundamento primo, ſcilicet quod ædificarunt in diebus Cyri.

1. Eſdr. 3

R. Dauid:

R. Salo.

Nunquid iam ſemen in germine eſt?

Antequam explicemus ſententiam, dicamus aliquid de grammatica. Adnotauit kimchi ה׳ eſſe hhatema, interrogatiuum: & propter ſequentem gutturalem punctetur cum patha, at hoc triuiale: Vbi Hieronymus vertit in germine, Dictio hebraica eſt מגורה megura. Septuaginta tranſtulerunt ἅλωνα reaream: At Sanctes & Munſterus legerunt horreum: & ſic Rabi Salomon & Rabi Dauid exponunt pro granario vbi frumenta reponunt: nam deducunt à verbo גור. quod inter alia ſignificat etiam colligere: Non deſunt qui ab אגר deducant, & illud item ſignificat congregare: Itaque megura dicitur, quòd ibi recondantur & ſeruentur frumenta: alij à גרגר deducunt hoc eſt grano: Et ſic megura eſſet granatorium: priorum autem ſententia eſt collectorium, repoſitorium: Sic clarè inquit R. Abẽezra מקומות שישימו שם הרגן בבתיסוכמו נהרסו ממגורות. Hoc eſt Megura loci, quòd ponunt ibi frumentum in domibus, ſicut diſſiparunt granaria. At nunc miraberis,

R. kimhi

Hierony.

R. Salo.

Iohel. 1

quomodo beatus Hieronymus verterit in Germine, cum nulla sit illic affinitas cum area, horreo, vel granario: Beatus vir hic se explanat (habuissem alioqui ex dictionario Germanico vnde saluata fuisset lectio Hieronymiana) & ait. Nunquid iam semen in germine est: quod melius hebraice dicitur, in folliculo, vt thecam frumenti significet: Et recte Hieronymus, quoniam גר significat etiam habitare: & גר significat incolam inquilinum: granum autem est in folliculo suo & gluma, sicut in theca & reconditorio: cur autem maluerit Hieronymus dicere in germine, quàm in folliculo, mox audiemus.

Hierony.

Nunquid iam in germine est.

R. Salo. Rabi Salomon sic intelligit: Qui adhuc non seminastis hoc anno, & arbores nondum germinarunt fructum suum. Ex nunc seminabitis in tempore benedictionis: quoniam propter ædificationem templi veniet benedictio dei super omnia opera vestra Hanc expositionem recipere non possumus, ob eam causam: quoniam cum fuerit mēsis nonus & dies vigesimusquartus, & ita in decembri: nō potuit dicere, nondum seminantum fuisse hoc anno: nam nisi mandassent semina terræ, vnde sperarent copiam messis? Ex nunc ait Rabi Salomon seminabitis, quasi etiam in climate Hierosolymitano, non citius sererent (nam sita est Ierusalem in quarto climate) quàm in Decembri.

R. Dauid. Rabi Kimchi videns lapsum Salomonem, alia via ingreditur, & ait: Videte an adhuc sit frumētum in granario: quoniā maiorem partem extraxistis ad seminationem: & valde modicum restat in granario in cibum. Ex die autem isto, ex quo incepistis ædificare templum, benedicam & quod est in granario, & q̄ seminastis in agros. Hoc quidem in se

nullam

nullam patitur calumniam: tamen sensum propheticum non assequitur.

Rabi Abenezra adhuc alium adfert sensum. Ecce seminastis semen in agros: & non habetis aliud frumentum in granario: nam propter grandinem precedentem, non habuistis nisi modicum frumenti. Quod si percussero vos hoc anno grandine & vredine, præ fame moriemini: sed quia incepistis fundare domum domini, ideo incipiet vobis in omnibus copia rerum fieri. R.A. Abẽ ezra.

Quanto acutius vidit verum sensum prophetæ his oculatior B. Hieron. dicens: Iam decimus fermè mensis est, eo tempore quo semina latent in terra, nec futura fœcunditas coniectari potest, Nunquid iam semen in germine est? nunquid vinea & ficus; & oliua & malo granatum florem suum dederunt, vt ex flore & germine possit æstimari copia fructuum? Vtiq; in nono mense decembri, futurarum nulla sunt signa frugum: Ne igitur dicatis, me hoc prudenti ratione humana conijcere, & futuram vbertatem de floribus arborum ac gramine segetum suspicari: Ecce nulla signa sunt: & tñ ego prædico vobis, qa cepistis ædificare templum meum, ad benedictionem meã frugũ oĩm fœcunditatẽ habebitis. Hierony.

Cur aũt istarum arbor℞ specialiter meminerit, dicit ximhi, ꝙ illar℞ sit magna copia in Palæstina, sicut dixit Moyses: Introducet te in terrã bonã, terrã frumenti, hordei ac vniuersar℞, in q̃ ficus & malogranata, & olueta nascunt, in terrã olei ac mellis, &c. R. Dauid. Deuter. 8

Ex ista die benedicam.

Quoniam hactenus deus suspenderat benedictionẽ suam, & ideo omnia terræ nascentia fuerunt infœcunda & sterilia: sed nunc illis templum ædificantibus, redijt benedictio, redijt & fœcunditas & oĩm

rerum copia ac affluētia:quare bene iussi sunt à propheta ponere corda sua super operibus suis,quid fuit ante ædificationem,& quid erit post ædificationē templi? Arbores ergo prius infructuosæ ex benedictione dei erunt plenæ fructibus,licet nullum iudicium adhuc habeatis, cum sit nonus mensis Cisleu quo arbores sunt quasi emortuæ, sine fructu, sine flore,sine germine,sine folijs stent viduatæ. Benedictio autem dei est iussus maiestatis suæ,qui fœcūdat omnia, sicut ab initio in creatione rerum, ad verbum dei protulit terra herbam virētem, lignum quoque faciēs fructum.Redituram ergo repromittit propheta benedictionem dei, omnia impiguantem & fœcundantem, ac multiplicantem Quòd Haymo & alij ponūt nonum mensem fixe decembrem,quia Nisan sit Aprilis,diximus plura in fine capitis primi:Intelligendum est enim per concurrentiam.

Genesis.1

Haymo.

EXPOSITIO LXX.

Meminimus supra Septuaginta addidisse rē mensuratam,scilicet hordeum,& sata pro modijs, & amphoras pro lagenis posuisse:verum non mutāt ista intentionem prophetæ: verum in postrema parte textus plurimum variarunt à lectione hebrea, cum & ipsi verterint afflatu sancti spiritus: textus eorum non est negligendus,aiunt autem: Ponite in cordibus vestris: Si vltra cognoscetur super terram area, etsi adhuc vinea & ficus & malogranatum, & ligna oliuæ,quæ non ferant fructum? A' die hac bene dicam. Volunt dicere,Hieronymo expositore:A die ædificationis templi considerate:& videbitis tantas futuras esse segetes,& tantam copiam frumentorum importari, vt area nesciat fruges suas. Aut quòd non sint aeræ singulorum,sed præ multitudine triturati

Hierony.

turationis iungatur area areæ, & nesciatur arearum separatio super terram. Ego si deberem meam exponere sententiam, longe secius dicerem: nam areã areæ ita coniungi, non videtur satis credibile: cum in solo fertili villæ & possessiones soleant esse disiunctæ. Forte Sept. volentes indicare magnam affluentiam frumenti, Si vltra cognoscetur super terram ἅλως area, hoc est, tanta erit frumentorum copia, vt post triturationem, sic erit oppleta area, vt videri non possit præ multitudine frumenti. Adducor ad sic sentiendũ, quod familiare est Septuaginta duobus interpretibus, vt potius ad rem aspiciant, quàm ad voculas. Vnde ter stulti sunt nostri nouatores, quando citra B. Hieronymi autoritatem, arguunt Sept. quasi male transtulerint, si verbum non reddiderint verbo: Nam quis crederet Septuaginta viros ignorasse domesticam linguam & natiuam, quam ab vberibus maternis imbiberant. At horum defensionem pete ex Petro Sutore Carthusiano de Translatione Bibliæ. Pari sententia quærit, an vinea, ficus, non ferant fructum? Quasi dicat, hactenus non attulerunt fructus: at modo intuemini, vt manifesta fœcũditas, manifestam indicet benedictionem dei, tantos proferent fructus.

Eckius.

Laus Sept.

Pet. Sutor.

GLOSSA TVITIEN.

Rupertus Tuitien. mirabili spiritu omnia in templũ Chrĩ refert, obiter sententiã suã perstringamus. Ait em̃: Gẽs Iudæorũ polluta est, & opus manuũ eorũ, & quæcunq; offerunt: quia nolunt superædificari sicut lapides viui in tẽplo dei, in ecclesia dei: fiet aũt qñ reliquiæ Israël saluæ erũt. Sed qm̃o constat de culpa incredulitatis eorũ: quia Iudæi accesserũt ad aceruũ, hoc est ad Christũ, natũ, baptizantẽ, prædicantẽ, miracula facientẽ, quem & morientẽ viderunt. Ipse

Tuitien.

eſt aceruus xx.duos habet denarios: Duas habet naturas,diuinam & humanam:non eſt hæc pulcherrima vnio,admirabilis naturarum aceruus: quamuis & de ſponſa ſua dicat Chriſtus: Venter tuus ſicut aceruus tritici,vallatus lilijs.

Cant.7

Dicis forſan : Nondum video incredulitatem Iudæorum hic prædictã: at expende omnia exactius: duæ naturę geminum denarium habẽt: viginti modios non aſſecuti ſunt Iudęi,ſed denarium:quia non crediderunt diuinitatem, ſed ſolum humanitatem Chriſti (ecce vnum denariũ) & dimidiũ eius perijt.

Iſa.63

Ita & de torculari ſentiendũ,ꝙ Iſaiæ teſtimonio certo nobis paſſionem Chriſti indicat:Nam hoc torcular vere nobis quinquaginta modios attulit, hoc eſt verum Iubilæum, quietem & remiſſionem peccatorum. Auguſtinus ſuper Iohan. ad inquiſitiones Ianuarij lib.83.qq. Iudæis aũt ad torcular accedentibus,defecerunt tres quintę.Modicitas illa referri poteſt,vel ad paucitatem credentium ex Iudęis,vel ad paucitatem articulorum fidei,quos ſuſceperunt:quia crediderũt Chriſtũ natũ,paſſum,mortuũ:ſed defecerũt in tribus quintis:eò ꝙ non crediderũt Chriſti reſurrectionẽ,aſcenſionẽ,& aduentũ in futurũ iudiciũ.

Leu.25

Roborantur ſuperiora ex ſequentibus: Nam dum propheta memor fuiſſet 24.diei noni menſis, Amabilis pater Rupertus ait: nullum diem libentius intellexerim,quàm diem natiuitatis Chriſti:quia licet december Romanis ſit decimus menſis: tamen Iudæis eſt nonus ſecundum feſta: & ita 24 decembris natus ex Chriſtus, nam nocte natus eſt: & nox ad præteritum pertinet diem,iuxta veteris legis morẽ: quia tunc præcedebat noctem:modo autẽ reſurgente dño,nox præcedit diẽ.Et licet Romanis ſemper fixa ſit 24. dies,tamen Hebræis hoc euenit duntaxat, quando cyclus lunaris eſt 13, Tũc ergo in natiuitate

Gen.1

domini

domini iacta sunt fundamenta fidei & ecclesiæ: & licet non fœcūda esset vinea, ficus vel oliua: quod iustitia illo tempore, nato Christo, vel non erat in hominibus, vel supprimebatur ab hominibus. Tamen ex illa die benedixit deus genus humanum: quando germen iustitiæ incepit florere, primo in innocentibus occisis, mox in Iohanne, dein in Christo: quo resurgente, paradisus spiritualis incepit per vniuersum orbem florere, rosis martyrum, liliis virginum, & violis doctorum: vnde merito dicere potuit,

Ex die ista benedicam.

Fideliter recitauimus optimi patris sententiā, quā etiam paucis illustrauimus: At iudicio tuo offero Candide auditor, si vel 13. cycli lunaris, aut alio possis inuenire, 24. diem noni mensis occurrere in 24. decembris Romani.

Contra Tuitien.

Nam cum ad summum Neomenia Tisri septimi mensis nō protendatur vltra 22. aut 23. diem Septembris, in quo figitur & statuitur principium anni ראשׁשנה vbi si numerare inceperimus vsq; ad secūdam lunationem, occurret nobis ad maximum 29. Octobris, vbi incipit apud Hebræos mensis Marcheschuan: rursus ab illo quære aliam lunationem & nequit protēdi vltra decimumoctauum Nouembris: vbi Casleu incipit nonus mensis Iudæis: quod si pergas dinumerare vigintiquatuor dies, nō video quō attingam duodecimum aut decimum & tertium diem decembris, sed adhuc longe absumus à natalitio die Christi, vndecim puta aut duodecim diebus. Hæc attuli, Ita me deus amet, non animo carpendi virum bonum, imò optimum: At quia paruitate ingenij mei, non adsequor quod dicit. Ideo vel posthac maiorem adhibebo diligentiam, vel calcu-

calculator aliquis fortuito occurret, vbi nullo negotio, veritatem rei deprehendã. In numeris facile peccatur, ait Cusanus: vnde mihi ipsi non ausim fidere: dato tamen maiori otio, subibo onus calculationis.

SENSVS MYSTICI ET doctrinæ.

1. Discamus & nos iuxta prophetæ admonitionẽ, ponere super corda nostra, quid mali nobis acciderit, quæ aduersa sustinuerimus, propter peccata nostra: vt sic emendati, deum placantes, meliora sortiamur ac magis prospera. Et profecto res magna est, si homini dederit deus hanc gratiam, vt recogitet rerum omnium euentum: & an deum iratum habuerit in vijs suis, aut misericordem & clementem. Locus est communis, ideo non insisto. Vide vias tuas in conualle, cum concordantibus.

Hiero. Haymo. Hiero.2.

2. Anagogice docet B. Hieronymus. Deum non placari oblationibus, eleemosynis, & orationibus, nisi quis ædificet in seipso tẽplum spiritui sancto, id est, induatur charitate. Et hic locus communis est. Charitatem autem nisi habuero &c. cum similibus.

Hiero. 1. Cor. 13.

3. Secundum Tropologiam, cõfer homines ante fidem Christi susceptam cum gentibus, quæ posterius fidem acceperunt: nam illi primi à fide vacui, vitijs seruientes, non extrúxerunt templum dei in cordibus eorum, id quod iam faciunt Catholici: Et reuera pulchra est meditatio; si quando homo recogitat gratiam sibi factam per Christum & sacramenta ecclesiæ: qua ex torres fuerunt prædecessores sui in Paganismo.

4. Et ita in vniuersum opera extra charitatem facta non sunt meritoria vitæ æternæ: licet temporarie in hoc seculo prosperitatibus possint recipere mercedẽ. Est locus cõmunis. vide sententiarios, & Gregorium

Ariminen. dis. 1. primi, & dis. 18 secundi, ex autoritate Augustini virtutes Romanorum & Græcorum, improbantem. Et hic adde Hierony.

5 . Discat catholicus lapidē super lapidē ponere, sicut sapiens architectus fecit B. Paulus, & bona opera iūgat bonis operibus, & paulatim extruat in animo suo templum dei. Et hoc est templum spiritale: de q̄ dominus per Isaiam dixit, quod vnusquisq; in mente sua ædificare debet super fundamento Iesu Christo, siue aurum superædificet, siue argentū, siue lapides prætiosos. Ait enī Hieronymus: Quicquid ante Christum videbamur habere virtutū & bonorū operū, nō erat frumentum, sed vile hordeū: vt dici nobis possit illud Pauli: Tanta passi estis sine causa. Isa. 28 Hierony. Gala. 3

6 Et ita deus immittit nobis sterilitatem & alias plagas, ob istum præcipue finem, vt emendemur, & pœnitentiam agamus de malis præteritis: Magnum est bonum cognoscere flagella dei, & illa reuereri: deum oremus, ne simus de numero illorū de quibus dicit: Et nō fuit in vobis qui reuerteretur ad me: Est locus cōmunis, attigi in Homilijs non semel: nam ex his calamitatibus oportet agnoscere iram dei: & emendari vitam in melius.

7 Qui se cultui diuino vult dedere, & templum dei ædificare: ille contemnat Rathymon, id est negligētem patronum: qui vt in Esdra secūdum Septuaginta legitur, vetat ædificari templum: quis aūt est ille Rathymon, nisi dæmon autor malorum, qui nos affligit ne ædificemus templum deo nostro. ῥάθυμον.

8 Aduerte hic trinitatē significari per vineam, ficū, & oliuam: patrem, filium, & spiritum sanctū: quod compertius fit ex libro iudicum, dum ligna infructuosa sibi regem constituere voluerunt: at vinea, ficus oliua, huiusmodi imperium renuunt, ac dedignantur super infructuosis lignis regnare: tunc Iudic. 9.

veniūt

veniunt ad Ramnum dignum sterilitatis suæ regem: est autem ramnus genus sentium spinosum, aculeis refertum & vncinis, retinens quicquid attigerit, & retentum vulnerans & lędens: quo recte diabolus intelligitur, varijs peccatorum punctionibus spinosissimus, qui animas apud se retinere conatur, ne salutem assequantur: & ita imperat infructuosis lignis, hoc est peccatoribus, nullum fructũ bonorum operum ferentibus.

Trinitas. At deus qui odio habet iniquos, non vult imperare infructuosis lignis, sed iustis & deum timentibus. Vnde Oliua deum patrem, Vinea filium, ficus spiritũ sanctum symbolice significat: Nam deus pater fons est benedictionum, qui creata omnia, ab ipso rerum primordio benedixit, frequenter autem benedictiones perficiuntur oleo & vnctione. Vnde deus pater

Psal. 44 & filium quoq; vnxit oleo lætitiæ præ paticipibus suis. Vinea autem symbolum est filij, qui & in euan

Joh. 15 gelio se vitẽ appellauit, & aquam in vinum mutauit:

Joh. 2 Hæc est vinea quæ protulit nobis vinum, quod lętificat deũ & homines, non aliud profecto vinum, pro hac ecclesia, nisi quod in mysterijs Eucharistiæ tra-

Iud. 9 ditur & offertur: ficus autem ob dulcedinem & bonitatem recte symbolum gerit spiritussancti, quia amor est patris & filij. Vnde omnia bonitatem & dulcedinem redolentia, recte spiritui sancto tribuuntur.

Malogranatum vero ecclesiam significat semper in scripturis: nam granorum multitudo fidelium collectionem significat: sed quod intertextis mẽbranulis, & diuersis mansiunculis geometrice quasi componuntur, ordinẽ significat decẽtissimum in ec-

Ephe. 4 clesia dei, velut B. Paulus ad Ephesios commemorat: tamen grana omnia vna cortice cõtinentur: sic vna

est omnium fidelium ecclesia, de qua vnitate alias multa diximus.

Discamus postremo dei implorare misericordiam in difficultate annonæ & rerum omnium penuria, vt deus ex hoc die velit benedicere: Hoc deuote perficiant Agricolæ, quo deus benedictionem ab initio mundi inchoatam, & hodie fructibus terræ impartiri velit, vt sic crescant & multiplicentur: sicut seminauit Isaac in terra, & in ipso anno inuenit centuplum: At tanta sunt peccata nostra, tot hæreses, tot schismata, tot blasphemię, vt merito accedentibus nobis ad aceruum viginti modiorum, non inueniamus decem.

HEB.

וַיְהִי דְבַר יְהוָה שֵׁנִית אֶל
חַגַּי בְּעֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה
לַחֹדֶשׁ לֵאמֹר ׃ אֱמֹר אֶל־
זְרֻבָּבֶל פַּחַת יְהוּדָה לֵאמֹר
אֲנִי מַרְעִישׁ אֶת־הַשָּׁמַיִם
וְאֶת־הָאָרֶץ ׃ וְהָפַכְתִּי
כִּסֵּא מַמְלָכוֹת וְהִשְׁמַדְתִּי
חֹזֶק מַמְלְכוֹת הַגּוֹיִם
וְהָפַכְתִּי מֶרְכָּבָה וְרֹכְבֶיהָ
וְיָרְדוּ סוּסִים וְרֹכְבֵיהֶם
אִישׁ בְּחֶרֶב אָחִיו ׃
בַּיּוֹם הַהוּא נְאֻם־

GRAE. SEPT.

καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐκ δευτέρου πρὸς Ἀγγαῖον τὸν προφήτην, τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, λέγων. Εἰπὸν πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ, ἐκ φυλῆς Ἰούδα λέγων. ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ξηρὰν, καὶ καταστρέψω θρόνους βασιλέων. καὶ ὀλοθρεύσω δύναμιν βασιλέων τῶν ἐθνῶν. καὶ καταστρέψω ἅρματα. καὶ ἀναβάτας. καὶ καταβήσονται ἵπποι, καὶ ἀναβάται αὐτῶν. ἕκαστος ἐν ῥομφαίᾳ πρὸς

יְהוָה צְבָאוֹת אֶקָּחֲךָ זְרֻבָּבֶל בֶּן־שְׁאַלְתִּיאֵל עַבְדִּי נְאֻם־יְהוָה וְשַׂמְתִּיךָ כַּחוֹתָם כִּי־בְךָ בָחַרְתִּי נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת׃

τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. λέγει κύριος παντοκράτωρ λήψομαι Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ, τὸν δοῦλόν μου λέγει κύριος. καὶ θήσομαί σε ὡς σφραγῖδα. διότι σε ᾑρέτισα λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Hiero. Et factum est uerbum domini secũdo ad Aggæum in uicesimaquarta die mẽsis, dicẽs: Loquere ad Zorobabel ducẽ Iuda, dicens: Ego mouebo cælum pariter & terram: subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium: & subuertam quadrigam & ascensorem eius: & descendent equi & ascensores eorum, uir in gladio fratris sui. In die illa dicit dominus exercituum. Assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit dominus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit dominus exercituum.

SVMMARIVS SENSVS.

Eodem die quo supra, secũdo afflatus est Aggęus propheta, & sub typo Zorobabel prophetat de a d

tu Christi, quod & de primo aduentu intelligi potest, & de secundo: nam in vtroque erit concussio cæli & terræ: & fortitudo regni gentium conteretur, & studiū bellorum cessabit: Post ergo illas turmas finis optimus sequitur. In die illa assumam te Zorobabel, Christum seruum meum secundum humanam naturam: & ponam te quasi signaculum fidei cunctis gentibus: quia ego elegi te, es enim filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, sed digeramus particulatim.

Et factum est uerbum domini.

Eodem die, scilicet 24. mensis noni iterum factū est verbum domini ad Aggæum. Hoc est quod supra monuimus, lumē prophetiæ quo mens prophetæ irradiatur, non est permanēs, sed transit, vt in Nathan comprobatur: quare lumen prophetiæ per interualla fuit Aggæo infusum. Miraris primo, cur hic diem exprimit & mensem tacet, quod tamen superius nunquam neglexit: At quia iam primū meminerat mensis noni, & cum eodem die vaticinium istud dixerit: consequens est vt eodem etiam mense factum intelligatur. Hieronymus aliam dat rationem: Nam nomen noni mensis alioquin est minus faustum: & Aggæus de Christi prophetabat aduentu, & de regno eius omnia prospera & gaudij plena, ideo nomen mensis omisit. Subscribit Haymo: Et eadem ratione, simpliciter ad Aggæum dicit esse factum verbum domini: neque enim dicit in manu Aggæi, neque ad Aggæum prophetam, sed solum inquit ad Aggæum, id est, ad festa domini celebrantem, ad festiuum & celebrem virum, qui nequaquam venturum, sed venientem nunciaret & cerneret. Existimat sanctus vir, quo modo Abraham vidit diē Christi, & gauisus est, & Iohannes agnum dei digito mōstrauit.

Hierony.

Haymo.

Iohan. 8

Iohan. 1

strauit: Sic & Aggæus viderit regnum Christi, & omnes habuerit in se festiuitates.

Hugo ait Aggæum in prima prophetia promisisse bona temporalia & rerum externarum abundantiam: Hic autem promittat spiritualia. Addit: Non enim potest hic fingi sensus literalis de facili sine mendacio. Hoc enim cum rubore legi, tu ita existima, nullum esse passum in Biblia, qui non habeat sensum literalem verum. Forte Hugo per sensum literalem intelligit sensum grammaticum: rectius Burgeñ. in prologo Bibliæ rectificans ea quæ Lyra de sensu literali & parabolico disseruerat.

Et recte profecto, Aggæus posteaquam prophetauerat Synagogæ temporalia, iam ad principale redit, quod superius diximus, omnes propheras locutos esse ad tempus Messiæ: ideo de Messia vaticinaturus, secunda irradiatione propheta fuit illuminatus: & dixit nobis illa, quæ iam explanabimus:

Oecolampadius.

Non nescimus, quomodo Oecolãpadius hunc locũ in sacerdotes verterit, odiosius: Eodẽ enim die bis vaticinatus est: In prima ait sacerdotes de auaritia taxatos: In secunda, principi Zorobabel vaticinatur omnia bona, &c. cum tamen & prior correptio nõ tantum attigerit sacerdotes, sed etiam plebem, Vt ex cõclusione eius colligitur, dum ait: Sic populus iste, & sic gẽs ista: vbi omnino propheta non meminit sacerdotum: Cur ergo Oecolãpadius in odiũ cleri, eò deducit propheticum sensum, Acsi clerus in prima prophetia fuisset à deo increpatus, & plebs laudata ac secularis potestas: ita solent hæretici, deprimere clerum, & adulari magistratui seculari, quasi deus reprobatis sacerdotibus, Zorobabel principem, vt aiunt secularem elegerit & assumpserit. At, hæreticorum næniis depulsis, veniamus ad textum.

Loquere ad Zorobabel,&c.

Theorica est sanctorum patrum: & qui illam nõ habet, nũq̃ feliciter prophetas interpretabit̃: Ea est huiusmodi: Christum Messiam oim precedentuim prophetarum, patriracharũ ac magnorũ virorũ nominibus designatum. Non oportet externa quærere auxilia, habemus domestica: nẽpe legimus in Osea. Et in manu prophetarum assimilatus sum. Omniũ ergo magnorũ virorum nomen. Quid dico nomẽ? Rem nominis & significatum volo, in se Christus habet: Hinc recte Beda super Euangelio Matthęi oĩm patrum nomina in genealogia Christi super eo interpretatur: Quare nullus admiretur, q̃ hic ex Zorobabel facimus Christum: at interpretationẽ nominis ad finem differamus; Interea literã exponamus de vero Zorobabel Christo Iesu Messia nostro.

Theorica

Osee.12

Beda.

Ego mouebo cælum & terram.

Beatus Hieronymus hunc textum interpretaturus, inquit: In hoc loco apud plerosq; diuersa est sententia: Alij eñ suspicant̃ de primo eius aduẽtu dici: Alij de secundo, qñ in sua maiestate futurus est: Postremi possent eorũ opinioni fucũ addere, q̃ superi⁹ dixit de cõmotione terræ & fluminũ, &c. in aduentu eius primo, quod factum est in natiuitate, passione & resurrectione dñi. Hic aũt cum repetit motionem terræ, videt̃ plus dici de aduentu Christi nouissimo: Ita eñ obseruat̃ contextus prophetiæ. Scio q̃ Haymo hic dicit. Ad solũ Zorobabel iubet̃ propheta loqui, q typũ Christi gerebat, q̃a typicũ est, quod dicit̃, & ad mũdi pertinet consumationẽ. Hiero. dubiũ sublaturus ait: Nos vtrumque suscipimus, quia & tũc regnauit Christus cum venit, & regnaturus est cum veniet: At priusquam prosequamur veram

Hierony.

Haymo.

Catholicorum ſententiam, audiamus Rabinos, qđ operentur in litera occidente: nam ſic expoſitio Catholicorum fiet multo gratior.

Salo. Rabi Salomon intelligit de perſona Zorobabel (reptant humi vacui expoſitores ſine ſpiritu) quod eo viuente, deſtruendum eſſet regnum Perſarum, ſed audiamus ipſum Rabi Salomonem: Conteram fortitudinem regni gentium. מלכות פרס מהיה מושלת: עכשין על כל העולם יפלו ביד מלכי יון לסוף לך שנה לבניין הבית כמו שאנו שונין במסכת ע״ז. Hoc eſt, regnum ſcilicet Perſarum, de eo quod fuit dominus, iam ſuper toto mundo, cadent in manum regum Græciæ ad finem trigintaquatuor annorum ædificationis templi ſicut nos didicimus in miſakas in Talmud in cap. עבודות זרות de idololatria.

Coñ. Sal. Quantum hic aberrarit à vero ex omnibus hiſtoricis euincitur: Nam Metaſthenes Perſa, qui vixit ſub Arſe patre & Dario filio vltimis regibus, qui ſoli Dario longimano annos tribuit trigintaſeptē. Eius filio Dario Notho annos decem & nouem. Magno Artaxerxi Dario annos quinquagitaquinque. Artaxerxi annos vigintiſex, & cæte. Prætereo Herodotum, Iuſtinum & alios hiſtoricos, Philonem in Breuiario, Euſebium & Bedam, & illum ipſum Ioſephum ben Gorion: nam & ſuperius iſta meminimus: De vento igitur loquitur Rabi iſte, cum ex ſuo cerebro dicit Zorobabel vixiſſe, quando Alexander Græcus deſtruxit regnum Perſarum.

RABI DAVID KIMHI

R. Kimhi. Intelligit prophetam locutum figuratiue de bellis factis tempore regum Perſarum: Et inducit prophetam afferentem bonum nuncium Zorobabel, quòd propter illorum bella non minueretur ſtatus

eius

eius(gradus)sed fieret maior & augustior. Ideo dictum est: Accipiam te, & ponam te vt sigillum. Secundo alternatiue adfert sententiam de trigintaquatuor annis regni Persarum, quoniam iam confutauimus in Rabi Salomone: Nisi quòd ex libris Rabinorum adfert dicentium: Nos didicimus ex Rabi Iose qui dixit: Regnum Persarum ante domum 34. annos: Regnum Græcorum ante tempus, 180 annos: Regnum Hasamoneorum 103. annos: Regnum Herodis, centum & tres annos. pro certo 420 anni, quod stetit templum secundum. Hæc inducere placuit propter calculationem: quæ licet dissideat à Iosepho & alijs, voluimus tamen eam renarrare, vt oīs homo intelligat, quàm fœde lapsi sint Iudæi, quòd Persis solum trigintaquatuor tribuūt, cū iam in triplo plures annos recitauerimus: Concedunt ipsi Dario 30 annos. Ioseph. Xerxi filio plus 25. annis, Ataxerxi qui & Assuerus maritus Hester, cui tribuunt plus 40. annis, Vt ex superioribus liquet. At sententia Rabi Dauid in se quoq; non placet: nam Iudæi viuēte Zorobabel semper fuerunt sub Persis: quòd etsi Zorobabel in gratia fuerit Darij regis, tamen nullā specialem obtinuit dignitatem: quoniam regimen potissimum fuit apud sacerdotes, ait Iosephus. Nā Iesu successit Ioachim, Huic Eliasib, huic Ioiades: quem secutus Iohannes pater Iaddi sacerdotis, Iaddo pontificante Alexander magnus vicit Darium. Vnde ex ordine & successione tot pontificum, facile vident delyrantes Iudæi, qui Persis solum 34. annos tribuunt: Rectius nostri à 20. anno Artaxerxis, vsq; ad vltimum Darium tribuunt eis 117. annos De Zorobabelis dignitate & filiorum principatu, nihil meminit, nisi quod diximus, Eum virum fuisse honoratum & pachas inter suos, & regi Dario amicum.

Error Iudæorum.

Li. 11. ca. 6

Ibi. ca. 19

R.Aben. Rabi Abenezra in hoc cõsentit, vt propheta hic figuratiue expresserit motus bellorum. Existimat enim multa bella fuisse tempore quo edita fuit illa prophetia. Subdit: Scio quòd ita fuit, licet non inueniant antiquos libros ad sciendum bella quę fuerunt in diebus Darij Persæ & Artaxerxis regnantis post eum. Addit: Et in diebus illis fuit Zorobabel honoratus in tribu Iuda: quoniam ipse Sasabazar, sicut perfectam probationem habemus de Mikra, hoc est Biblia.

Hic Rabi somniat nescio quę bella, sed frustra: Nã & si reges Persa℞ in tantam potentiã euecti, ne militib⁹ otiũ superesset, semper noua moliti sunt. Nõ vt insolita exurgerent bella, sed ꝙ nec Xerxes in summa pace, otiũ habere potuit. Vnũ bellũ Græcanicũ insigne fuit Persa℞ maxima clade, primũ sub Dario in campis Marathonijs, & dein sub Xerxe, plurimis profligatis in angustijs Thermopylarum per Leonidam Spartanorum regem: maiori etiã iactura ad Salaminẽ regio fugato exercitu, nauali prælio dimicatum. Et Mardonio in Boëtia victo exercitus lacer ac mutilus in Persidẽ reductus: At dicat mihi Abraham filius Ezra, quo tẽpore nulla fuerint in mundo bella. Etiam si Romani à Numa Pompilio, vsq; ad Augustum semel clauserint tẽplum Iani anno vno.

Iustinus. Herodot⁹ Tit.liuius

Quòd vero addit de Zorobabel honorato comite vt aiũt Pachas, tribus Iuda, nihil mouet, Nam Abiud filius eius nullam legitur habuisse regiminis admĩnistrationem, sed oĩs potestas apud pontifices fuit apud Ioakin filium Iesu, & post hunc apud Eliasib, qui etiam Elizaphat dictus fuit, & successores vsq; ad Machabæos, Quod autẽ sententiam ex Biblia determinatam dicit Zorobabel alio nomine appellatũ Sesbasar, nondum probauit, Nam & si 1.Esd.1. liquido affirmẽt, Cyrum regem Persa℞, vasa domus dñi protu

Iosf.lib.11. cap:6

1.Esd.1

protulisse, per manum Mithriadis: & numerauerit Sasabasar principi Iuda: Tamen quis fuerit ille Sesbasar, seu Sasabasar, non ita clare determinat, quin R. Samuel existimet hūc fuisse Danielem: Qui à sex tribulatiōibus hoc nomē sortit⁹ sit: & ideo ששבצר sit dictus. Quare hæc vt incerta, & inconstantia dimittimus: licet Schesbazer in Esdra libentius credi derim fuisse Zorobabel: quāuis & Daniel fuerit de tribu Iuda. Hieron. tñ dicente, fuisse Sennezer filium Iechoniæ Acher de Rabinis. Veniam⁹ ad Catholicos.

R. Samu.

Ego mouebo cælum & terram.

Catholici alij exponunt de primo aduentu Christi abscondito in paupertate & miseria: alij de aduentu eius secundo & manifesto, quando in magna gloria venturus est maiestatis diuinæ: B. Hieronymus vtrumq; se testatur suscipere. Videamus omnium probabilitatem.

Hierony.

Primo: possit alicui videri plausibilior sententia ista, prophetam hic vaticinatum de secūdo eius aduentu. Mouet non nihil, quòd ex eo prophetia redditur locupletior & perfectior, si non tantum de vno aduentu Christi prophetiam habuerit, verum de vtroq;, ne mutilus videatur in prophetando: nam pluratiuum auget prophetæ dignitatem, si prædixit Christi aduentum, non modo in iudicium quo iudicatus est, sed etiam in iudiciū, quo iudicaturus est: Alioquin propheta prædixisset eius miseriam & abiectionem: Porrò maiestatis eius & gloriæ fuisset oblitus. ¶ Præterea ex diuerso modo loquendi, datur intelligi (vt coniectura est) varia prophetia: Vnde cum Aggæus superius præuidisset aduentum Christi primum, ait: Adhuc vnum modicum est, & ego cōmouebo cælum & terrā, &c. Hic aūt nihil loquit̄ de mora aut modicitate tpis, at simpliciter ait:

Mouebo cœlum pariter & terram. Quod quia post multa secula erat facturus, nullius temporis mensuram adiecit: Placeat itaq; prosequi hanc sententiā quinq; particulis conclusam 1. Mouebo cœlū 2. subuertam solium regnorum 3. cōteram fortitudinem gentium 4. subuertam quadrigam 5. & descendent equi & ascensores, & vir in gladio.

Ego mouebo cœlum pariter & terram.

Quia Christus ex semine Zorobabel erat oriturus, Illius iam typum gerit, ideo prophetæ præcipitur, vt ad solum Zorobabel loquatur, de his quæ ad finem rerum pertinent: Ego inquit mouebo cęlum.

Septuag. Non prætereamus dignitatem Sept. interpretum: qui hic addiderunt, Et mare & aridam, vt videtis, quod in Hebræo non habetur.

At quod legitur in hebræo, Conterā fortitudinē regni gētiū, והשמרתי חזק מלכות הגוים Hoc quidem ipsi viri sapientissimi Sep. prudenti consilio omiserunt: quod iam experti fuerant, quantum inuidiæ à vicinis gentibus multo tempore cōtraxissent. Ab Assyriis, Chaldæis, Medis, Persis, Græcis, Syris, &c. Et iam primus Ptolemæus Lagi filius, Ierusalē & Iudæa dolo superatis, magnam partem Iudæorum captiuam duxit in Aegyptū. Onia Iaddi filio apud Iudæos pontificāte: quo mortuo, filius eius Simon magni nominis pontifex habitus: sed illo in breui defuncto, successit frater Eleazarus, sub q̄ Ptolemęus Philadelphus sceptrum suscepit Aegypti. Et Iudęos in Aegypto seruientes liberos dimisit: Et multis donariis tēplo missis Ptolemæus ab Eleazaro LXXII petiit legis interpretes. Viri ergo cautissimi spiritu sancto afflati, multa prudētia opus perfecerunt, vbi

Sept. quādo transtulerūt.

eis ha-

eis habenda ratio fuit, ne idololatras scandalizarēt (hinc multa trinitatis mysteria occuluerunt) neue gentem suam vel ad irridendum vel ad inuidendum gentibus exponerent: ideo tacuerunt hic conterendam esse fortitudinem regni Goijm, gentium. At veniamus ad textum pressius.

Ego mouebo cœlum, &c.

Cælum mouendum ante aduentum Christi ad iudicium totius orbis, nemo dubitat Christianus, cum Christus dixerit: Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniet vniuerso orbi: Nam virtutes cęlorum mouebuntur, Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate. Quid expressius ait apud Marcum: Post tribulationem illam sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suū, & stellæ cæli decidentes, & virtutes quæ in cælo sunt, mouebūtur: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. His similia dicit apud Matthæum: de quo vide Homiliarium nostrum tomo primo dominica II. aduentus: vbi quia vbertim & locuplete omnia tradidimus: ideo hic siccius prætergredimur: Vnum adijciamus diui Petri testimonium, dicentis: Aduenietautem dies domini sicut fur: in quo cæli magno impetu transient: elemēta vero calore soluentur: terra autem & omnia quæ in ipsa sunt opera, exurentur. His satis probatum arbitror, futuram cæli & terræ commotionem: de cælorum innouatioue præclare prædixit Isaias: Ecce ego creo cælos nouos & terrā nouam: Et non erunt in memoria priora. Et iterum: Quia sicut cæli noui, & terra noua, quæ ego facio

Lucæ. 21 / Marc. 13 / Matth. 24 / 2. Petri. 3 / Isaiæ. 65 / Isaiæ. 66

ftare coram me, dicit dominus.

Et subuertam solium regnorum.

Hoc indubie futurum est in nouissimo die, quando omnem principatum mundanũ, omnem vanam gloriam mundi, omnem pompam honorum & diuitiarum deus euacuabit, & rediget in nihilum: vt sic omnis potentia & fastus iniqui sæculi pereat: Præteribit enim figura huius mundi ait Beatus Paulus. Initia vero magna habebit, perpetuis bellorum tumultibus, extremum iudicium præcedentibus, vti CHRISTVS saluator prædixit: Cum audieritis bella & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Exurget enim gens contra gẽtem, & regnum super regnum, & erunt terrę motus per loca. Eadẽ repetit apud Lucam: Ita enim futurum est procellis bellorum, vt regna inuicem se destruant funditus & extirpent, iuxta illud Hieremiæ: Fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. Cessabit ergo fastus mundanus & pompa sæculi, quia sunt transitoria, infirma, caduca, & interitura: solum Christi regnum manebit in æternum. Nec mõ solia regum, & throni Imperatorum cessabunt, sed etiam omne bellandi studium cessabit, quadrigis bellicis subuersis & ascensoribus, & equis bellicis, & viris bellatoribus in gladio cadentibus: & tanta erit hominum vesania, vt nulla habeatur propinquitatis ratio: adeo vt frater cadat in gladio fratris sui, velut prædixit Isaias: Et corruet populus, vir ad virum, vnusquisq; ad proximum suum. Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem, & cætera Cum enim tantus erit conatus bellorum, & homines ita exarserint in studia bellorum, (vide milites nostri temporis & duces bellorum, quomodo insaniãt

1.Cor.7

Mar.13

Luc.21

Hier.46

cupidi-

cupiditate lucri) deus omnia ista exterminabit. Non desunt, qui Pauli testimonium eò adferunt: Deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Adducerem hic Zachariam, nisi ex Matthæi Euangelistæ testimonio constaret eū prophetasse de aduētu primo Messiæ: Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ: & disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Hierusalem: & dissipabitur arcus belli. Hieronymus refert ad id, quòd fiet vnus pastor & vnum ouile: & gladium spiritus & verbi dei, amputans omne contrarium, & resecans omnia peruersa, reducet omnia sub pacifico pastore.

1.Cor.15

Zac.9

Hierony.

Quod si malueris hæc ad primum aduentum domini referre, id erit tibi facillimū, quando motū est cælū & terra (vti diximus supra) in natiuitate Chri, passiōe, resurrectione & ascēsione: Tūc eñ subuertit regnorū soliū, omnibus regibus sub Romano imperio subactis. Cōtrita est fortitudo gentiū resistentiū Euangelio vbiq; terrarum. Et in primo aduentu qui dē arma bellica fuerūt deposita, humano iudicio, cū sub Augusto describeretur vniuersus orbis: Et pax promissa per prophetas in aduētu Messiæ locuplete fuit exhibita, velut per Isaiam ait: Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: Nō leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad prælium Quæ apud Galatinū, Porchetū reperies: Vide post expositores Bibliæ, Alphonsum Castilieñ. in Fortalitio fidei lib.3. Cōsideratione prima, argumentis decimo & vndecimo.

Luc.2

Isa.2.11

Assumam te Zorobabel.

Hebræi omnia ad personam Zorobabel referūt, & Catho-

Catholici ad Christum. At audiamus quid Rabini nobis afferãt boni: Nam Rabi AbenEzra simpliciter interpretatur hunc locum: Quia ita sit via (consuetudo) loquendi: Deus mittet & accipiet &c. Ponam te sigillum, hoc est ita custodiam, ac si esses sigillum in dextera mea. Ita vt omnia sint per metaphoram, & ad pondus quod aiunt: Audi amicissime auditor, quod hic in Hieronymo legis: sicut signaculum, & in Septuaginta σφραγίδιον, in Hebræo est כחותם ac si diceres: Sicut signaculũ, vel sigillum, vel annulum.

R. Aben-Ezra.

R. Salo.

Rabi Salomon magis eleuat sensum, & adfirmat sic dictum Zorobabel à propheta, quasi cõtrario modo seu eregione, eius quod poophetatum fuit (fatale) super Iechonia patre suo (auo) per Hieremiam. Viuo ego dicit dominus: quòd si fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Et infra: Scribe virum istũ sterilẽ (erbloss ערירי) qui in diebus suis non prosperabitur. Hic discimus, quod eum iuuit pœnitentia. Quoniã natus est ei Zorobabel, & positus fuit sicut signaculum dei.

R. kimhi

Rabi Kimhi confirmat priora. Assumam te, hoc est ad vlteriorem gradum te eleuabo quàm fueris. Et חותם dicit esse annulum, cum quo signantur literæ, vel sigillantur. Testimonium est ex Canticorum quarto. Conuenit Targum Ionathæ vbi ait: כיגלוף רעזקא, sicut sculptum quod annuli. Et annulus iste non dimoueatur de manu hominis nec nocte, nec die. Quasi dicat, prouidentia dei erit super eum. Euocat Rabinos dicentes: Magna res est pœnitẽtia, quę abrumpit sentẽtiam latam & fatalem, sicut dictum est Hieremiæ vigesimosecundo, At quia fecit pœnitentiam, versa est ei decreta sentẽtia in bonum, quia natus est ei filius inter captiuos. Ergo quod comminando dixerat deus: Viuo ego dicit dominus, si erit

sigillũ

ſigillum ſuper dextera mea &c. Per pœnitentiam verſum eſt, vt nepoti illius diceret; Aſſumam te ſerue meus, & ponam te quaſi ſigillum annuli, quia elegi te. Sic ſe habet Rabinorum expoſitio, qui literæ inhærentes neſciunt ſancti ſpiritus ſublimes ſenſus & arcana myſteria.

Aſſumam te.

Rectius Catholici dicta illa non intelligunt de typico illo, & vmbratili Zorobabel, ſed de ipſo Chriſto per Zorobabel figurato, ſicut Chriſtus figuratus eſt per Abel, Iſaac, Ioſeph, Ioſue, Dauid, Salomonem, Sic nunc per Zorobabel: & appoſite profecto, nam quod per Oſeam dixit: Et in manu prophetarũ meorum aſſimulatus ſum. Aſſimulatus autem eſt Chriſtus Zorobabeli nomine & opere. Nomine (licet varias habeat interpretationes, ſequamur Hieronymum) quia Zorobabel interpretatur fluxus expoſitus vel adiacens. Et Chriſtus fluxum habet benedictum, qui nobis expoſitus eſt ad bibendum largiſſimo fonte, ſicut ſtabat in templo & clamabat: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat: & Samaritanę dixit: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam æternam. Secundo interpretatur ortus in Babylone: quia vere in Babylone natus fuit Zorobabel. Et Chriſtus inſigniter natus eſt in Babylone, in confuſione huius mundi, inter exules fratres à paradiſo, captiuos ſub diabolo, cum ipſe in forma dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens in hoc nequam ſeculo, in hunc finem, vt ſolueret captiuitatẽ noſtram. Tertio interpretatur זר iſte רב magiſter בבל Babylonius. Et efficitur nomen Zorobabel, id eſt iſte magiſter de Babylonia. Et ad compendium intelligentiæ nominat eum principem (vti mox dicturi

Oſe.12

Ioh.7

Ioh.4

ﬅuri ſumus. De fluxibus Zabulon & Iezabel, quorũ
Li.3.epi.12 hic meminit Hierony. Habes ſimilia apud Ambroſiũ
in epiſtola ad Irenęum, vt ſit perſpicuum, ſanctos vi
ros ex eodem fonte bibiſſe.

Fateor paruitatem meam & inſcitiam, nondum
aſſecutus ſum priores duas interpretationes in lin-
gua ſancta: Credo tamen tanto viro, quantus fuit
Hieronymus: & malo credere me ignorantia labora
Saluatur re, quàm credam tantum virum eſſe lapſum. Aperiã
Hierony. tamen cogitationẽ mentis meæ, & diuinabor, ſi at-
tingere poſſim Hieronymianã intelligentiam: Nam
pro certo nihil adfirmare poſſum: qđ enĩ de riuo ſeu
fluxu interpretatũ, forte reſpexit ad dictionẽ זרם, cu-
ius nomẽ fluxũ ſignificat, Imbrẽ &c. Et אבל ſignifi-
cet in planitie patulũ & expoſitũ: quãuis & אובל pro
riuo & fluuio vſurpetur. Dan. 8. Hæc ſolũ cogitanda
propono, quia ingenue fateor me neſcire.

Sic ſecundam interpretationẽ Hieronymi, Ortus
in Babylone, expendimus, forte Sanctũ patrem re-
ſpexiſſe ad dictionem זרח. i. ortus eſt, vnde מזרח o-
riens: ſed fortiter obijcis literã hanc ח non eſſe de ca
dentibus? Reſpõdeo me hic non pugnare, ſed Acade
micorũ more dubitare: quoniã cuperẽ tueri Hierony
mum, & quotquot eum ſecuti ſunt: at dageſch in ב'
בבל non videtur eſſe otioſum, & בל: vñ apparet da
geſch illud notare defectũ alicuius literæ, ſiue ſit ם'
ſiue ח, quoniã kibutz cũ ſit motio parua, nullius lite
ræ carẽtiam indicare poterit. Hæc pro honore B. Hie
ronymi, & patrũ illum ſequentiũ libẽter deduximus,
beneuolum lectorem rogantes, vt adferat meliora:
Nam in ſtudio veritatis quærendæ, omnis prorſus
abeat ſuperbia.

Zorobabel autem alij interpretantur Alienum &
extraneum à confuſione, à זר & בבל, licet vera ra-
dix ſit זור. Et hic nullus ſcrupus: ſimiliter interpre-
tantur

pretantur diſperſionem commixtionis:neq; hoc diſ-
ſonat,quod tum à verbo זרה componeretur.Alij Co
ronam interpretantur confuſionis vel circulum,neq;
hoc difficile:nam זר nomen coronã ſignificat. Dicti
onarius Germanicus expoſuit,ein borten,hoc eſt co
ronulam ſeu aureolam,quam virgines deferũt. Quæ
omnia competere in Chriſtum nemo negat: Nam
ipſe prorſus fuit extraneus & alienus à confuſione
Babylonicã:qui peccatum non fecit,nec eſt dolus in 1.Pet.2
uentus in ore eius,diſperſit quoq; per vniuerſum or-
bem confuſionem, hoc eſt Romano miniſterio di-
ſperſit Iudæos per vniuerſum orbem , quod ſunt
'נע 'ונר Vagi & profugi. Corona etiam recte di-
citur CHRISTVS confuſionis & Babylonis huius Pſal.44
mundi:ipſe enim eſt ſpecioſus præ filijs hominum:
propterea vnxit eũ deus,deus ſuus oleo lætitiæ, præ
conſortibus ſuis.

Chriſtus re Zorobabel.

Egimus ampliter,Chriſtũ fuiſſe Zorobabel nomi
ne:nunc oſtendamus eum fuiſſe re quoq; Zorobabe
lem. Nam Zorobabel fuit de tribu Iuda, ex ſtirpe
Dauid, ex cuius ſemine natus eſt ſaluator noſter:
Et ſicut Ioſue filius Naue geſſit typum ſaluatoris, ſi-
cut dixit deus de eo:Eſt nomen meum in illo. Nam Exo.23
mortuo Moyſe duxit populum de ſolitudine in ter-
ram promiſſionis.Sic & Zorobabel propterea ortus
in Babylone eſt, vt Iudæos ibi exules reduceret in
terram ſanctam, de qua captiui abducti fuerant:
Sic Chriſtus patres ex lymbo captiuos, & genus
humanum captiuum liberauit, & de exilio reduxit
in terram ſanctam viuentium : aſcendens enim Pſa.67
in altum,captiuam duxit captiuitatem. Et non ſo-
lum typum geſſit CHRISTI,quia ab exilio redu-
xit populum:ſed etiam, quia fundauit templum, &
autor

autor fuit templi secundi ædificandi. Sic Christus fundauit templum non manufactum, corporis sui: fundauit præterea & hodie fundat templum sanctę ecclesię de viuis lapidibus & electis, vt supra me minimus. Zorobabel quoque, non solum nomine, & re retulit Christum saluatorem, sed etiam principatu: fuit enim פחת pachas princeps Iudæorum: Iuda autem interpretatur confessio, omnium itaque confitentium deum, Christus princeps est, & dominator. Ex his mens pia satis instruitur, vt agnoscat Zorobabel typum esse Christi: & quæ hic deus promittit, in ipsum Christū competere, & non in personam Zorobabel.

Assumam te &c.

Iam ergo relictis nænijs & vmbris Iudæorum, adeamus veram textus intelligentiam. Deus pater ait ad Christum in Babylone huius mundi ortum: Assumam te, quoniam etsi sit filius dilectus dei, tamen filium Salathiel nominat, filium petitionis dei. Ita

Ioh. 17 cum magno affectu orauit pro discipulis, & pro omnibus in deum credentibus post cœnam nouissi-

Heb. 5 mam: sed etiam in cruce moriturus, sicut Paulus ait, deo pro hominibus preces effudit. Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui posset saluum illum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerētia, שאל à שאלתיאל postulauit, petijt, אל deus. Assumā ergo te Christe, serue meus, quia formam serui accepisti, in natura assumpta seruus fuisti: sed te assumā dando tibi potestatem & honorem & regnum, vt omnes populi & tribus seruiant tibi, & potestas tua potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum tuū

non

non corrumpetur: & impleta est prophetia Danie- lis: In diebus regnorum illorum suscitabit deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & re- gnum eius alteri populo non tradetur: & ipsum sta bit in æternum.

Daniel. 7

Daniel. 2

Assumpsit autem deus pater Christum saluatorē non modo vt regem regum & dominum dominā tium: sed etiam posuit eum quasi signaculum: di- cendo quasi signaculum, nō minuitur veritas signa culi (nihil omittam auditores iucundissimi, postea- quam me tam ardēti desiderio auditis) Non est hoc rarum in sacris literis: vulgatum locum euocemus ex euangelio Iohannis: Et videbimus gloriam eius quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Non me latet, quæ Valla hic nugatur contra inter- pretem, quoniam legendum sit, tanquam aut ve- lut, aut vt: quia veritatem gloriæ non implet dictio quasi. At nos plus ori aureo Chrysostomo credimus, qui in lingua sua Græca, omnium fuit elegantissim^9, qui non potuit ignorare, quid significaret ὡς: ille do cte adnotauit, id verbum quasi, in hoc loco, non si- militudinis est, neq; parabolæ, sed confirmationis & definitionis certissimæ. Ita Tuitien adfert Psal- mistam: Facti sumus sicut consolati, non diminui tur veritas consolationis.

Apoca. 19

Quasi.

Iohan. 1

Valla.

Chryso.

Psal. 125

Ergo posuit deus pater Christum, verum signa- culum suum, verum sigillum diuinitatis suæ: quo- niam ipse est imago dei inuisibilis, & forma substā tiæ eius: quomodo autem Christus est sigillum dei patris? Ita, quoniam velut annulo regio, imago re- gis subiectæ ceræ imprimitur, & signatur, & quasi similitudine regia decoratur: Sic Christus sigillum à deo factus diuinitatis, ipso testimonium perhibē te: Hunc enim signauit deus pater. Nam ea signam^9

Col. 1

Sapien. 7

Q ait Ha-

ait Haymo, quæ singulariter dilecta & salua esse volumus. Hunc ergo Christum, etiam secundum humanitatem signauit deus pater, & elegit, singulari gratia eum donando, omnibus thesauris sapientiæ & scientiæ implendo dei. Hoc annulo deus signat omnes qui credunt in nomine eius: de qua signatura & signo Christi largiter diximus in Homiliario de Sacramentis. Et Athanasius libro vndecimo de fide vnitatis & trinitatis docet, & fideles signatos esse & filium signaculum esse, & similiter spiritum sanctum. Positus est & Christus in signaculum oim credentium, & non solum credentium, sed etiam impiorum. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum cui non contra dicetur. Ponitur Christus velut signaculum in extremo iudicio: quãdo filius hominis apparebit in maiestate sua: & homicidæ Iudæi, qui olim Christum iudicauerunt, iam ab eo iudicandi, non subterfugient conspectum eius: Sicut in persona illius ait Zacharias: Et aspicient ad me quem confixerunt. Et merito dolenter aspicient Christum Iudæi, Pagani & hæretici, eò quod noluerint signari hoc precioso sigillo à deo posito. Et quilibet Christianus vt hoc signaculum cum gaudio aspicere possit in vltimo iudicio, iussum apostoli obseruet: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis, sic orat anima perfecta ad deum. Pone me vt signaculum in brachium tuum: quæ pluribus prosequitur beatus Ambrosius in epistola ad Irenæum.

Col. 2 | Homil. 13 | Lucæ. 2 | Zach. 12 | Ephesi. 4 | Cant. 8 | Ambro.

Quoniam elegi te, Ecce causam positi annuli & sigilli, quia elegi te dicit dominus exercituum: profecto elegit eum deus pater æterna prædestinatione, sicut ait Paulus de Christo, qui factus est ei ex se-

mine

mine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis: Omnes etenim iusti sunt electi & prædestinati, licet multi sint vocati & pauci electi: tamen Christus excellentiori quadam prædestinatione est electus secundum formam serui, Apostolo dicente: Nam quos præsciuit & prædestinauit cõformes fieri (ecce sigillum) imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: audimus eius electionem præ alijs, quia ipse est primogenitus in fratribus, Quod adhuc apertius ad Col. scripsit: Qui est imago dei inuisibilis, inquit, primogenitus omnis creaturæ: Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt in omnibus ipse primatum tenens: quoniam in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: quare sponsa in Canticis eum laudat, quòd sit electus ex milibus.

Roma. 1

Roma. 8.

Col. 1

Cant. 5

T. VITIEN EXPOSITIO

Quæ hic Aggæus de regnis digerit, videntur cõuenire cum Daniele quando vidit quatuor bestias grandes ascendentes de mari, Leenam, Vrsum, Pardum & bestiam terribilem & fortem, ferreos dentes habentem: nam quòd in Daniele huiusmodi imaginibus est præsignatũ, hoc ipsum est ab Aggæo verbis repromissum. Significant enim quatuor bestiæ quatuor regna, per quę diabolus conatus est destruere locum & gentem, vnde salutem mundi Christũ nasci oportebat.

Dan. 7

Et ideo ait subuertam solium regnorum, scilicet Babyloniorum: Et conteram fortitudinem regni gentiũ sc3 Persarum, & Medorũ: Et subuertam qua-

drigam & ascensorem, scilicet Græcorum, potissimumAntiochumillustrem: Regnum autemGręcorum dixit quadrigam, eò quòd post obitum Alexādri diuisum fuit in quatuor regna: quòd vt Daniel præuidit, fractū cornu, magnum hirci Caprarum & orta sunt cornua quatuor subter illud: Et descendent equi & ascensores eorū, scilicet Romanorum imperium: quod ex adiuncto fit euidētius, dum inquit: Vir in gladio fratris sui, cui enim potest esse incognitum Remum à Romulo fratre esse occisum, & quàm plurimos nobiles viros bellis ciuilibus, imo plus quàm ciuilibus, vt Poëta inquit interemptos sub Silla, Mario, Pompeio, Iulio Cæsare, Augusto Octauiano, Regnum illud descendit, quia continuo decreuit, & in hodiernum decrescit, vt in angustum angulum Germanię sit contractum, quę tamen pro magna parte se parum obedientem gerit.

Tunc autem quando Romanum regnum ita descendet, erit motus cæli & terræ, cuius omnes meminerunt scripturæ. Ad istum sensum defectio Romani imperij signum est mox futuri Antichristi, & subsequentis vltimi iudicij, vt largiter prosecuti sumus in Homilijs nostris Tomo 2. Homilia prima, dominica vicesimasexta contra rebelles fellicissimo Triumphatori nostro CAROLO quinto Romanorum imperatori.

Quando ergo cælum & terra mouebuntur, tūc omnia simul subuertentur, & descendent in infernum, quia propter hoc dilatauit infernus animam suam, & descendent sublimes eius.

Isaiæ. 5

Assumam te Zorobabel, hoc est Christum, assumam autem te, quando ostendam, quòd regnum tuum sit legittimum, Rapina autem fuerit omne solium re-

um regnorum gentium, quia non regnauerunt ex me. Et ego antiquus dierum eos non noui, & facta est mihi iniuria in mea Rep. Assumam te Zorobabel serue meus, seruum dico, quia formam serui accipiens in Babylone huius mundi natus es. Assumã te, dando potestatem & honorem, & omnes populi & tribus & linguæ seruient tibi, & potestas tua potestas æterna, quæ non auferetur. Dan. 7

Et ponam te quasi signaculum, ipse enim est imago dei inuisibilis, & figura substantiæ eius, ponam autem te in conspectu meo ad dextram meam in gloria mea, vt habeas omnem potestatem in cælo & in terra. Col. 1

DICIT DOMINVS.

Non vacat mysterio, quod festiuus noster propheta diuino numine afflatus, iubilo mẽtis tria hęc protulit: Dicit dominus, Assumam te: Dicit dominus, ponam te signaculum: Dicit dominus, elegi te. Certe hic Aggeus mysterium trinitatis intellexit: nam quod humana natura filio dei in vnitate personæ vnita, à sancta & benedicta trinitate ita est glorificata & supra omnes creaturas exaltata, vt ascenderit ad cœlum, & sedeat ad dexteram dei patris omnipotentis, in omni gloria, potentia & maiestate vt diceret: data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hoc inquam opus est summæ trinitatis: dixit itaq; dominus deus pater, ego assumam te, quia tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Dixit deus filius, ponam te quasi signaculũ: sigillum eris mihi in manu mea, in persona mea. Dixit dominus deus spiritussanctus, & ego per bonita

tem meam, qui sum amor & charitas patris & filij. elegi te. Sanctae ergo & indiuiduae trinitati, domini nostri IESV CHRISTI gloriosae humanitati, Beatissimae virginis MARIAE foecunditati, & omnibus sanctis, sit semper laus, honor, virtus & gloria, ab omni creatura in seculorum secula,

AMEN.

(*)

COMMENTARIORVM IO. ECKII IN prophetam Aggeum, finis.

+>*<+